

doit dans tous les temps et dans tous les cas être regardé par les enfans et les affranchis comme sacrée et respectable.

10. *Tryphoninus au liv. 17 des Disputes.*

Le père ne peut avoir sur son fils émancipé aucun droit d'impositions pour la liberté qu'il lui a accordée, parce qu'on ne fait point de semblables impositions sur un fils. Personne ne peut dire qu'un fils émancipé soit lié par serment à son père de la même manière qu'un affranchi l'est à son patron. Les enfans doivent à leurs parens du respect, et non pas des ouvrages serviles.

11. *Papinien au liv. 13 des Réponses.*

Une affranchie ne tombe point dans l'ingratitude pour travailler de sa profession contre la volonté de sa patronne.

sancta persona patris ac patroni videri debet.

sancta videatur persona patris vel patroni.

10. *Tryphoninus lib. 17 Disputationum.*

Nullum jus libertatis causa impositorum habet in emaucipato filio : quia nihil imponi liberis solet. Nec quisquam dixit, jurejurando obligari filium patri manumissori, ut libertum patrono. Nam pietatem liberi parentibus, non operas debent.

De operis.

11. *Papinianus lib. 13 Responsorum.*

Liberta ingrata non est, quod arte sua contra patronæ voluntatem utitur.

De usu artis.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM LIBER TRIGESIMUS OCTAVUS.

DIGESTE OU PANDECTES, LIVRE TRENTE-HUITIÈME.

TITRE PREMIER. DES SERVICES DUS

PAR LES AFFRANCHIS AUX PATRONS.

1. *Ulpian au liv. unique des différentes Interprétations.*

ON entend ici par services des journées de travail.

2. *Ulpian au liv. 38 sur l'Edit.*

Le préteur a proposé cet édit pour diminuer les demandes contiuelles que formoient les patrons contre leurs affranchis, relativement aux services qu'ils leur avoient imposés en les affranchissant. Le préteur a remarqué que ces demandes s'augmentoient outre mesure dans le dessein de vexer et de charger les affranchis au-delà de ce qu'ils devoient légitimement.

Tome V.

TITULUS PRIMUS. DE OPERIS LIBERTORUM.

1. *Paulus lib. singulari de variis Lectionibus.*

OPERÆ sunt diurnum officium.

Definitio operarum.

2. *Ulpianus lib. 38 ad Edictum.*

Hoc edictum prætor proponit coartandæ persecutionis libertatis causa impositorum. Animadvertit enim rem istam, libertatis causa impositorum præstationem ultrà excrevisse, ut premeret atque oneraret libertinas personas.

Ratio edicti

De iudicio operarum.

§. 1. Initio igitur prætor pollicetur se iudicium operarum daturum in libertos et libertas.

Si opera petatur ante diem peractum.

3. Pomponius lib. 4 ad Sabinum.
Operas stipulatus, ante peractum diem operam ejus diei petere non potest.

Operas non dividi.

§. 1. Nec pars operæ per horas solvi potest : quia id est officii diurni. Itaque nec ei liberto, qui sex horis duntaxat antemeridianis præstò fuisset, liberatio ejus diei contingit.

De morte unius ex duobus patronis. De herede extraneo.

4. Idem lib. 4 ad Sabinum.
A duobus manumissus, utrique operas promiserat. Altero ex his mortuo, nihil est, quare non filio ejus, quamvis supersit altero, operarum detur petitio. Nec hoc quicquam commune habet cum hereditate, aut honorum possessione : perinde enim operæ à libertis, ac pecunia credita petitur. Hæc ita Aristo scripsit : cujus sententiam puto veram. Nam etiam præteritarum operarum actionem dari heredi extraneo sine metu exceptionis placet. Dabitur igitur, et vivo altero patrono.

De posthumis.

5. Ulpianus lib. 15 ad Sabinum.
Si quis operas sit stipulatus sibi liberisque suis, etiam ad postumos pervenit stipulatio.

De herede.

6. Idem lib. 26 ad Sabinum.
Fabriles operæ, ceteræque, quæ quasi in pecuniæ præstatione consistunt, ad heredem transeunt : officiales verò non transeunt.

De iurejurando.

7. Idem lib. 28 ad Sabinum.
Ut iurisjurandi obligatio contrahatur, libertam esse oportet, qui juret, et libertatis causa jurare.

§. 1. Planè quæritur, si quis liberto

1. C'est pour cela que dès le commencement de l'édit, le préteur promet de donner aux patrons des actions contre leurs affranchis pour exiger d'eux ces services.

3. Pomponius au liv. 4 sur Sabin.

Le patron qui a stipulé des journées de travail de son affranchi, n'en peut former la demande qu'après l'expiration du jour auquel il les devoit.

1. L'affranchi ne peut point s'acquitter d'une partie de la journée qu'on doit en travaillant pendant quelques heures, parce qu'il doit une journée de travail. Ainsi l'affranchi qui aura seulement travaillé six heures avant midi ne sera point quitte de la journée qu'il doit.

4. Le même au liv. 4 sur Sabin.

Un esclave affranchi par ses deux maîtres a promis des services à l'un et à l'autre. L'un d'eux étant mort, rien n'empêche, quoique l'autre reste, que le fils du défunt ne forme la demande des services dus par l'affranchi. Ceci n'a rien de commun avec la succession civile ou prétorienne : car on demande les services dus par les affranchis comme une dette en argent. C'est ainsi que pense Ariston, et son sentiment me paroit juste. En effet il est décidé que l'héritier, même étranger, peut former, sans craindre aucune exception, la demande des services dus au défunt par l'affranchi pour le passé. Le fils pourra donc former cette demande même du vivant de l'autre patron.

5. Ulpien au liv. 15 sur Sabin.

Si un patron stipule de son affranchi des services pour lui et pour ses enfans, la stipulation vaudra même au profit des posthumes.

6. Le même au liv. 26 sur Sabin.

Les services qui consistent en quelques travaux, et les autres qui équivalent au paiement d'une somme, passent à l'héritier du patron. Mais les services qui consistent en devoirs de l'affranchi envers son patron ne lui passent pas.

7. Le même au liv. 28 sur Sabin.

Pour qu'en cette matière l'obligation du serment soit valablement contractée, il faut que celui qui fait le serment soit libre, et qu'il fasse le serment en considération de la liberté qu'il a reçue.

1. Un testateur a fait un legs à son affran-

chi sous la condition de jurer qu'il paieroit à son fils une somme de dix pour lui tenir lieu de services. On demande si le serment que fera l'affranchi pourra l'obliger? Celse-Jubentius décide que l'affranchi sera obligé par ce serment, et qu'il importe peu pour quelle raison l'affranchi promet des services avec serment. J'embrasse cet avis de Celse.

2. Pour que le serment soit obligatoire, il faut qu'il soit fait après l'affranchissement, soit à l'instant, soit après un certain temps.

3. L'affranchi doit jurer qu'il fournira ses services, un don, un présent. A l'égard des services, il peut en promettre de toute espèce, pourvu qu'ils puissent être imposés honnêtement et qu'ils soient licites.

4. Il y a des rescrits de l'empereur Adrien et de ses successeurs, qui portent que celui qui a affranchi un esclave, ainsi qu'il en étoit chargé par un fidéicommissi, ne peut pas lui demander de services.

5. L'action pour demander les services aura lieu même contre un affranchi impubère lorsqu'il sera parvenu à l'âge de puberté, et quelquefois même avant la puberté; car il y a certains services qu'un enfant peut rendre avant cet âge: par exemple s'il est écrivain, s'il est en état de retenir le nom des citoyens pour en rappeler la mémoire à son maître, s'il sait calculer, s'il est comédien, ou qu'il serve de quelque autre manière aux divertissemens de son maître.

6. Si les enfans du patron ont reçu par l'institution des portions inégales dans sa succession, l'action qu'ils ont pour exiger les services des affranchis de la succession sera-t-elle proportionnée à leur part héréditaire ou égale entre eux? Je crois qu'ils pourront intenter cette action chacun pour moitié.

7. On ne fait point ici de distinction entre les enfans qui sont restés sous la puissance du patron et ceux qui ont été émancipés.

8. Si le patron a institué pour son héritier un fils qu'il a donné en adoption, ce fils pourra aussi former la demande des services contre l'affranchi.

9. Les enfans de la patronne sont aussi admis à la demande des services contre les affranchis de leur mère.

8. Pomponius au liv. 8 sur Sabin.

Si un affranchi a promis avec serment ses

suo legaverit, si filio suo juraverit se decem operarum nomine præstaturum, an obligetur jurando? Et Celsus Jubentius obligari eum ait, parvique referre, quam ob causam de operis libertus juraverit. Et ego Celso adquiesco.

§. 2. Jurare autem debet post manumissionem, ut obligetur: et sive statim, sive post tempus juraverit obligatur.

§. 3. Jurare autem debet operas, donum, munus se præstaturum. Operas qualescunque, quæ modò probè jure licito imponuntur.

§. 4. Rescriptum est à divo Hadriano, et deinceps, cessare operarum persecutionem adversus eum, qui ex causa fideicommissi ad libertatem perductus est.

De manumisso
ex causa fidei-
commissi.

§. 5. Dabitur et in impuberem, cum adoleverit, operarum actio; sed interdum, et quandiu impubes est. Nam hujus quoque est ministerium, si fortè vel librarius, vel nomenclator, vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex.

De impubere.

§. 6. Si liberi patroni ex inæqualibus partibus essent instituti, utrum pro parte dimidia, an pro hereditariis habeant operarum actionem? Et puto verius, liberos pro æqualibus habituros actionem.

De liberis pa-
troni.

§. 7. Parvi autem refert, in potestate fuerint liberi, an verò emancipati.

§. 8. Sed si in adoptionem datum heredem scripserit patronus, magis est, ut operæ ei debeantur.

§. 9. Nec patronæ liberi summoventur ab operarum petitione.

Vel patronæ.

8. Pomponius lib. 8 ad Sabinum.

Si quando duobus patronis juraverit

De petitione
partis.

libertus operas se daturum, Labeoni placet, et deberi, et peti posse partem operæ: cum semper præterita opera, quæ jam dari non possit, petatur. Quod contingit, si vel ipsis patronis juretur, vel promittatur, vel communi eorum servo, vel complures heredes uni patrono existant.

De fidejussore. §. 1. Pro liberto jurante fidejuberem quemvis posse placet.

9. *Ulpianus lib. 34 ad Sabinum.*

De existentia operarum. Operæ in rerum natura non sunt.

Quibus edi operæ possunt.

§. 1. Sed officiales quidem futuræ nec cuiquam alii deberi possunt, quàm patrono: cum proprietates earum et in edentis persona, et in ejus cui eduntur, constitit. Fabriles autem, aliæve ejus generis sunt, ut à quocunque cuicumque solvi possint. Sanè enim, si in artificio sint, jubente patrono et alii edi possunt.

10. *Pomponius lib. 15 ad Sabinum.*

De servo patroni stipulante operas.

Servus patroni à liberto malè ita stipulatur, *Operas mihi dare spondes? Itaque patrono dari stipulandum est.*

De persona solutioni adjecta.

§. 1. Libertus operarum nomine ita jurando, *Patrono, aut Lucio Titio, solvere Lucio Titio non potest, ut à patrono liberetur.*

11. *Julianus lib. 22 Digestorum.*

Nihil autem interest, extraneus sit Lucius Titius, an filius:

12. *Pomponius lib. 15 ad Sabinum.*

Quia aliæ operæ erunt, quæ Lucio Titio dantur. Sed si libertatis causa pecuniam promittat libertus egenti patrono, aut Titio, omnimodò adjectio Titii valet.

services à deux patrons, Labeon pense qu'il en doit une partie à chacun, et que cette partie peut être exigée par l'un d'eux. Il ne faut pas dire qu'on ne peut point fournir ses services en partie: car on voit tous les jours former la demande des services passés, quoiqu'ils ne puissent plus être fournis. Ceci a lieu soit que l'affranchi se soit obligé par serment envers les deux patrons eux-mêmes, ou qu'il ait fait la même promesse à un esclave appartenant aux deux maîtres, ou qu'enfin le patron envers qui il s'est engagé soit mort laissant plusieurs héritiers.

1. Toute personne est admise à cautionner l'affranchi qui promet ses services avec serment.

9. *Ulpien au liv. 34 sur Sabin.*

Les services ne sont pas une chose qui existe naturellement.

1. A l'égard des services consistans en devoirs, qui doivent être fournis par la suite, ils ne peuvent être dus à d'autres qu'au patron lui-même; parce que leur propriété réside dans la personne de celui qui les rend, et de celui à qui ils sont rendus. Mais pour les services qui consistent en travaux, et autres de cette espèce, l'affranchi peut les fournir par un autre et à un autre qu'à son maître. Car s'ils consistent dans quelques ouvrages, le patron peut ordonner que l'affranchi les fournisse à un autre.

10. *Pomponius au liv. 15 sur Sabin.*

L'esclave du patron ne pourroit pas stipuler les services d'un affranchi de son maître, en cette manière: Vous me promettez de me fournir vos services? Ainsi il doit stipuler que les services seront fournis au patron.

1. Si l'affranchi, en matière de promesse de services, a fait le serment suivant, je jure que je fournirai mes services à mon patron ou à Lucius-Titius, il ne peut pas se libérer des services qu'il doit à son patron en les fournissant à Lucius-Titius.

11. *Julien au liv. 22 du Digeste.*

On ne distingue point ici si ce Lucius-Titius est un étranger ou fils du patron;

12. *Pomponius au liv. 15 sur Sabin.*

Parce que les services fournis à Lucius-Titius ne seront pas les mêmes que ceux qui sont dus au patron. Mais si, en considération de sa liberté, l'affranchi promet

payer une somme à son patron indigent ou à Titius, l'adjection qui aura été faite de Titius ne sera pas nulle.

13. *Ulpian au liv. 38 sur l'Edit.*

Les services imposés sur un affranchi qui a acquis sa liberté de plein droit en vertu de l'ordonnance de Marc-Aurèle, parce qu'ayant été vendu sous la condition d'être affranchi dans un certain temps, son maître ne lui aura pas accordé la liberté, ne seront point dus et n'auront aucun effet.

1. Celui qui, conformément à l'ordonnance de l'empereur Marc, se sera rendu adjudicataire des biens d'une succession pour conserver les libertés laissées aux esclaves, ne pourra ni imposer ni demander de services aux affranchis, soit qu'ils aient reçu une liberté directe ou fideicommissaire, quoique ces derniers deviennent véritablement ses affranchis. Car, malgré qu'ils deviennent ses affranchis, ils ne le sont pas à la manière des autres à qui le maître a donné la liberté sans y être obligé.

2. L'action en demande de services a lieu lorsque le temps auquel ils étoient dus est passé. Ce temps ne peut point être expiré avant que les services aient commencé à être dus, et ils ne commencent à l'être que dans les termes pour lesquels ils ont été indiqués.

3. Le patron peut exiger les services de son affranchi quand même cet affranchi se seroit marié depuis.

4. Si le patron est impubère, son affranchie ne peut dire avoir son consentement pour se marier, à moins que le tuteur n'ait autorisé le pupille à le donner.

5. La ratification du patron empêche aussi qu'il ne puisse se plaindre du mariage de son affranchie.

14. *Terentius-Clémens au liv. 8 sur la Loi Julia et Papia.*

Lorsque l'affranchie deviendra veuve, le patron pourra exiger d'elle des services.

15. *Ulpian au liv. 38 sur l'Edit.*

L'affranchi qui se trouve malade au temps où les services sont indiqués, n'y est point obligé; parce qu'il ne tient pas à lui de s'en acquitter.

1. Les services ne peuvent être ni promis,

13. *Ulpianus lib. 38 ad Edictum.*

Si quis hac lege emptus sit, ut manumittatur, et ex constitutione divi Marci pervenerit ad libertatem: operæ ei impositæ nullum effectum habebunt.

De empto hac lege, ut manumittatur.

§. 1. Sed nec cui bona addicta sunt ex constitutione divi Marci libertatum conservandarum causa, poterit operas petere, neque ab his qui directas, neque ab his qui fideicommissarias acceperunt, quamvis fideicommissarias libertates qui acceperunt, ipsius liberti efficiantur. Non enim sic fiunt liberti, ut sunt proprii, quos nulla necessitate cogente manumisimus.

De eo cui libertatis causa bona addicuntur.

§. 2. Judicium de operis tunc locum habet, cum operæ præterierint. Præterire autem non possunt, antequam incipiant cedere: et incipiunt, posteaquam fuerint indictæ.

De petitione, præteritione, cessione, indictione operarum.

§. 3. Etiam si uxorem habeat libertus, non prohibetur patronus operas exigere.

De liberti uxorem habente.

§. 4. Si impubes sit patronus, voluntate ejus non videtur liberta nupta, nisi tutoris auctoritas voluntati accesserit.

De nuptiis libertæ.

§. 5. Rati quoque habitio patrono obest in nuptiis libertæ.

14. *Terentius Clemens lib. 8 ad Legem Juliam et Papiam.*

Planè, cum desierit nupta esse, operas peti posse omnes ferè consentiunt.

15. *Ulpianus lib. 38 ad Edictum.*

Libertus, qui post indictionem operarum valetudine impenditur, quò minus præstet operas, non tenetur: nec enim potest videri per eum stare, quò minus operas præstet.

De adversa valetudine liberti.

§. 1. Neque promitti, neque solvi, nec

deberi, nec peti pro parte poterit opera. Ideò Papinianus subjicit : Si non una, sed plures operæ sint, et plures heredes existant patrono, qui operas stipulatus est : verum est obligationem operarum numero dividi. Denique Celsus libro duodecimo scribit, si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se juraverit, aut communi eorum servo promiserit, quinquagenas potius deberi, quàm singularum operarum dimidias.

16. *Paulus lib. 40 ad Edictum.*

De operis, quæ tempore manumissionis præstantur, et quæ postea exerceri cœperunt.

Ejus artificii, quod post manumissionem didicerit libertus, operas debet præstare, si hæc sint, quæ quandoque honestè, et sine periculo vitæ præstantur : nec semper hæc quæ manumissionis tempore præstari debuerunt. Sed si turpes operas postea exercere cœperit, præstare debet eas quas manumissionis tempore præstabat.

Quales operæ præstantur.

§. 1. Tales patrono operæ dantur, quales ex ætate, dignitate, valetudine, necessitate, proposito, cæterisque ejus generis, in utraque persona æstimari debent.

17. *Idem lib. singulari de Jure patronatus.*

Nec audiendus est patronus, si poscit operas quas vel ætas recusat, vel infirmitas corporis non patitur, vel quibus institutum vel propositum vitæ minuitur.

18. *Idem lib. 40 ad Edictum.*

De alimentis liberti.

Suo victu vestituque operas præstare debere libertum, Sabinus ad edictum prætoris urbani libro quinto scribit. Quòd si alere non possit, præstanda ei à patrono alimenta.

19. *Gaius lib. 14 ad Edictum provinciale.*

Ant certè ita exigendæ sunt ab eo operæ, ut his quoque diebus, quibus operas edat, satis temporis ad quæstum faciendum, unde ali possit, habeat.

ni acquittés, ni dus, ni exigés en partie. C'est ce qui fait dire à Papinien ce qui suit : Si les services n'ont pas été promis tous ensemble, mais qu'il y en ait plusieurs séparés et distincts, il est vrai que le patron qui a stipulé ces services venant à mourir et laissant plusieurs héritiers, l'obligation des services se partage suivant le nombre des héritiers. Celse écrit au livre douze, que si un affranchi qui a deux patrons leur a promis, ou à leur esclave commun, mille services, il en est dû à chacun cinq cents, plutôt que mille moitiés des services.

16. *Paul au liv. 40 sur l'Edit.*

L'affranchi doit fournir à son patron les services qu'il peut lui rendre honnêtement, et sans danger de sa vie, dans un métier qu'il a appris depuis son affranchissement; il ne suffit pas toujours qu'il fournisse les services qu'il pouvoit rendre lors de son affranchissement. Si cependant l'affranchi, depuis son affranchissement, s'étoit mis à exercer une profession déshonnête, il sera toujours tenu de fournir les services qu'il pouvoit rendre lors de son affranchissement.

1. Les services que l'affranchi doit à son patron doivent être fixés relativement à l'âge, à la dignité, à la santé, au besoin ou genre de vie du patron et de l'affranchi.

17. *Le même au liv. unique du Droit de patronage.*

Le patron ne doit pas être admis à demander à son affranchi des services que son âge ou sa santé ne lui permet pas de rendre, ou qui sont contraires à son état et à ses engagements.

18. *Le même au liv. 40 sur l'Edit.*

Sabin au livre cinq sur l'édit du préteur urbain, écrit que l'affranchi doit se nourrir lui-même et s'habiller pour fournir ses services à son patron. Si cependant il n'a pas de quoi se nourrir, son patron lui fournira des alimens.

19. *Gaius au liv. 14 sur l'Edit provinciale.*

Ou du moins le patron ne doit exiger de lui des services qu'en lui laissant dans les jours où il l'emploie assez de temps pour gagner sa vie.

20. *Paul au liv. 40 sur l'Edit.*

Autrement le préteur lui-même refusera au patron le droit d'exiger des services de cet affranchi. Et cela est juste, parce que chacun doit à la vérité fournir à ses frais ce qu'il a promis, mais seulement tant que ce qu'il a promis existe et peut être fourni.

1. Proculus décide qu'un affranchi doit venir de sa province à Rome pour fournir ses services à son patron. Mais, selon le même jurisconsulte, les jours qu'il emploie à son voyage sont perdus pour le patron. Ceci suppose que le patron ait son domicile à Rome ou qu'il fasse des voyages en province comme un bon père de famille. Autrement s'il court continuellement de côté et d'autre, on ne doit point imposer à l'affranchi la nécessité de le suivre.

21. *Javolenus au liv. 6 sur Cassius.*

Car les services doivent être rendus au lieu du domicile du patron, qui fera les frais nécessaires.

22. *Gaius au liv. 14 sur l'Edit provincial.*

La stipulation par laquelle le patron se sera fait promettre des services par son affranchi produira son action, lorsque le patron aura demandé des services à son affranchi et que celui-ci les lui aura refusés. Peu importe que le patron ait mis ou non dans la stipulation cette clause, lorsque je les demanderai : car il n'en est pas des services comme des autres choses. En effet, l'acquit de la promesse des services ne pouvant consister que dans la prestation même des services, il seroit ridicule de penser que ces services soient dus à un jour différent de celui auquel le patron à qui ils doivent être fournis veut qu'on les lui rende.

1. Si l'affranchi a promis des services à son patron, sans ajouter qu'il les promettrait aussi à ses enfans, il est certain que les services ne seront dus aux enfans qu'autant qu'ils seront héritiers de leur père. Julien pense même qu'ils n'auront droit à demander ces services qu'autant qu'ils auront été héritiers de leur père immédiatement, et sans l'intervention d'une autre personne. Ainsi, si un père ayant déshérité son fils émancipé a institué l'esclave de ce même fils pour son héritier, en sorte que le fils ait succédé à son père par l'intervention de

20. *Paulus lib. 40 ad Edictum.*

Quod nisi fiat, prætorem ipsam patrono denegaturum operarum præstationem. Idque est verum, quia unusquisque, quod spondit, suo impendio dare debet, quandiù id quod debet, in rerum natura est.

§. 1. Ex provincia libertum Romam venire debere ad reddendas operas, Proculus ait. Sed qui dies interea cesserint, dum Romam venit, patrono perire. Dummodò patronus, tanquàm vir bonus, et diligens paterfamilias Romæ moraretur, vel in provinciam proficiscatur. Cæterùm si vagari per orbem terrarum velit, non esse injungendam necessitatem liberti, ubique eum sequi.

21. *Javolenus lib. 6 ex Cassio.*

Operæ enim loco edi debent, ubi patronus moratur, sumptu scilicet et vectura patroni.

22. *Gaius lib. 14 ad Edictum provinciale.*

Cùm patronus operas stipulatus sit, tunc scilicet committitur stipulatio, cùm poposcerit, nec libertus præstiterit. Nec interest, adjecta sint hæc verba, *cùm poposcero*, an non sint adjecta: aliud enim est de operis, aliud de cæteris rebus. Cùm enim operarum editio nihil aliud sit, quàm officii præstatio: absurdum est credere, alio die deberi officium, quàm quod is vellet, cui præstandum est.

§. 1. Cùm libertus promiserit patrono operas se daturum, neque adjecerit, liberisque ejus: constat, liberis ejus ita demùm deberi, si patri heredes extiterint. Heredes tamen extitisse liberos parenti, ita demùm prodesse ad operarum petitionem, Juliano placet, si non per alium heredes extiterunt. Itaque si quis exheredato emancipato filio, servum ejus heredem instituerit, et per eum servum heres extiterit filius: repelli eum ab operarum petitione debere, perindè ac repelleretur patronus, qui operas non imposuisset,

Ubi operæ edi debent.

Quando operæ edi debent.

De liberis patroni.

vel quas imposuit revendidisset.

De tempore ad
curam corporis
libertis relin-
quendo.

§. 2. In omnibus operis præcipuè observandum est, ut temporis spatia, quæ ad curam corporis necessaria sunt, liberto relinquantur.

Differentia ha-
rum operarum,
quas libertus pro-
misit, ut fabri-
lium, vel picto-
riarum.

23. *Julianus lib. 22 Digestorum.*

Hæ operæ, quas libertus promisit, multum distant à fabrilibus vel pictoriis operis. Denique si libertus faber, aut pictor fuerit, quandiu id artificium exercebit, has operas patrono præstare cogitur. Quare sicut fabriles operas quis potest sibi aut Titio stipulari, ita patronus à liberto operas sibi aut Sempronio rectè stipulatur: et libertus obligatione solvetur, si tales operas extraneo dederit, quales patrono præstando liberaretur.

De duobus pa-
tronis. De libertis
ægritate.

§. 1. Si patroni plures consultò in diversas regiones discesserint, et libertis simul operas indixerint, potest dici diem operarum cedere, sed libertum non obligari: quia non per eum, sed per patronos staret, quò minus operæ dentur: sicut accidit, cum ægrotanti libertis operæ indicuntur. Quòd si diversarum civitatum patroni sint, et in sua quisque moretur: consentire debent in operis ab eo accipiendis: durum alioquin est, eum qui se liberare potest decem diebus operando, simul operis indictis, si in accipiendis non consentiant, compelli ad præstandam alteri quiaque operarum æstimationem.

cet esclave, le même jurisconsulte pense que ce fils ne doit pas être admis à demander des services aux affranchis de son père: de même que le patron lui-même n'y seroit point admis s'il n'avoit point imposé de services à son affranchi, ou s'il lui avoit cédé à titre de vente ceux qu'il lui auroit imposés.

2. En matière de prestation de services, il faut sur-tout observer que le patron doit laisser à son affranchi les espaces de temps nécessaires pour se reposer et se nourrir.

23. *Julien au liv. 22 du Digeste.*

Ces services consistans en devoirs promis par l'affranchi à son patron, sont différens des services consistans en ouvrages de sa profession. Ainsi, si l'affranchi est ouvrier ou peintre, tant qu'il exercera son métier ou sa profession, il sera obligé de rendre à son patron les services de cette dernière espèce. D'où il s'ensuit que de même que tout particulier peut stipuler d'un ouvrier, pour son profit ou pour celui d'un autre, des ouvrages de sa profession, le patron pourra stipuler de son affranchi ces mêmes ouvrages pour son profit ou pour celui d'un autre, et l'affranchi s'acquittera de cette obligation en fournissant à son patron des ouvrages tels qu'il devoit les fournir à un étranger à qui il les auroit promis.

1. Si plusieurs patrons d'un même affranchi, se rendant en différentes provinces pour leurs affaires, ont tous deux demandé des ouvrages à leur affranchi, ces ouvrages sont dus; cependant l'affranchi n'est point soumis à l'action qui naît de la stipulation, parce qu'il ne tient pas à lui, mais aux patrons, que ces ouvrages soient fournis: comme il arrive par rapport aux ouvrages commandés par le patron à l'affranchi malade. Si les deux patrons sont de deux villes différentes, et qu'ils y demeurent, ils doivent s'arranger pour les jours où ils emploieront les services de l'affranchi; car il seroit trop dur qu'un affranchi qui peut acquitter les services qu'il a promis en travaillant, par exemple pendant dix jours, fût contraint, parce que ses deux patrons le demanderoient dans le même temps, de travailler cinq jours pour l'un, et de payer à l'autre la valeur des cinq jours de travail qu'il lui doit.

24. *Le même au liv. 52 du Digeste.*

Lorsque la stipulation a pour objet une certaine espèce de services, comme des ouvrages de peinture, ou d'un certain métier, l'action ne peut avoir lieu que quand le temps de les fournir est passé; parce que, quoique les termes de la stipulation ne portent aucun délai, on sent bien que dans le fait il faut un certain temps pour remplir l'obligation: par exemple, lorsqu'on stipule des services à Ephèse pour un tel jour. Par conséquent la stipulation suivante ne vaudroit rien: Vous promettez me donner aujourd'hui cent tableaux de votre façon. Les ouvrages commencent cependant à être dus du jour de la stipulation. Mais à l'égard des services consistans en devoirs ou en journées de travail, que le patron impose à son affranchi, ils ne sont point dus du jour de la stipulation, parce que l'intention des parties a été qu'ils ne fussent pas dus avant les jours que le patron auroit marqués, et que l'affranchi doit fournir ces services à la commodité du patron: ce qui ne peut pas se dire par rapport aux ouvrages de peinture ou d'une autre profession.

25. *Le même au liv. 65 du Digeste.*

Le patron qui donne à loyer les services qui lui sont dus par son affranchi n'est pas toujours censé par-là tirer les salaires des services. C'est par le genre des services et par la qualité du patron et de l'affranchi qu'on connoît si cette location n'est pas une manière de recevoir en nature les services de l'affranchi.

1. En effet, supposons, par exemple, qu'un patron d'une fortune médiocre ait un affranchi comédien, en sorte qu'il ne puisse guères se servir de lui qu'en donnant à d'autres ses services à loyer: il y a plus lieu de croire que c'est les services mêmes de l'affranchi que le patron se fait fournir que les salaires.

2. De même les médecins affranchissent souvent leurs esclaves qui sont de la même profession, et il est difficile qu'ils se servent continuellement de leurs services sans les donner à loyer à d'autres. Il en est de même par rapport à d'autres professions.

3. Mais un patron, qui, pouvant employer pour lui-même les services de son affranchi, aime mieux les donner à loyer à d'autres pour en recevoir le prix, est censé

Tome V.

24. *Idem lib. 52 Digestorum.*

Quotiens certa species operarum in stipulationem deducitur, veluti pictoriæ, frabriles: peti quidem non possunt, nisi præteritæ; quia etsi non verbis, at re ipsa inest obligationi tractus temporis: sicuti, cum Ephesi dari stipulemur, dies continetur. Et ideo inutilis est hæc stipulatio: *Operas tuas pictorias centum hodiè dare spondes?* Cedunt tamen operæ ex die interpositæ stipulationis. Sed operæ, quas patronus à liberto postulat, confestim non cedunt: quia id agi inter eos videtur, ne antè cederent, quàm indictæ fuissent; scilicet quia ex commodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro, vel pictore dici non convenit.

Quando dies
operarum cedit,
aut operæ peti
possunt.

25. *Idem lib. 65 Digestorum.*

Patronus, qui operas liberti sui locat, non statim intelligendus est mercedem ab eo capere, sed hoc ex genere operarum, ex persona patroni, atque liberti colligi debet.

De locatione
operarum.

§. 1. Nam si quis pantomimum vel archimum libertum habeat, et ejus mediocris patrimonii sit, ut non aliter operis ejus uti possit, quàm locaverit eas: exigere magis operas, quàm mercedem capere existimandus est.

§. 2. Item plerumque medici servos ejusdem artis libertos perducunt, quorum operis perpetuò uti non aliter possunt, quam ut eas locent. Ea et in cæteris artificibus dici possunt.

§. 3. Sed qui operis liberti sui uti potest, et locando pretium earum consequi mallet, is existimandus est mercedem ex operis liberti sui capere.

§. 4. Nonnunquam autem, ipsis libertis postulantibus, patroni operas locant: quo facto, pretium magis operarum, quam mercedem capere existimandi sunt.

26. *Alfenus Varus lib. 7 Digestorum.*

De libertis medici.

Medicus libertus, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum: postulabat, ut sequerentur se, neque opus facerent, id jus est, necne? Respondit, jus esse, dummodò liberales operas ab eis exigeret: hoc est, ut adquiescere eos meridiano tempore, et valetudinis, et honestatis suæ rationem habere sineret.

§. 1. Item rogavi, si eas operas liberti dare nollent, quanti oporteret æstimari? Respondit, quantum ex illorum operis fructus, non quantum ex incommodo dando illis, si prohiberet eos medicinam facere, commodi patronus consecuturus esset.

27. *Julianus lib. 1 ex Minicio.*

Quibus præstantur operæ.

Si libertus artem pantomimi exercent, verum est, debere eum non solum ipsi patrono, sed etiam amicorum ludis gratuitam operam præbere: sicut eum quoque libertum, qui medicinam exercet, verum est, voluntate patroni curaturum gratis amicos ejus. Neque enim oportet patronum, ut operis liberti sui utatur, aut ludos semper facere, aut ægrotare.

28. *Paulus lib. singulari de Jure patronatus.*

Si liberta communis nupsit.

Si duorum, pluriumve communis liberta, unius patroni voluntate nupsit, alteri patrono jus operarum manet.

29. *Ulpianus lib. 64 ad Edictum.*

De herede extraneo, et filio patroni.

Si operarum judicio actum fuerit cum liberto, et patronus decesserit, convenit translationem heredi extraneo non esse

recevoir les salaires des services de son affranchi.

4. Il arrive aussi que les affranchis demandent à leurs patrons de vouloir bien les donner à loyer. Alors les patrons reçoivent le prix des services qui leur sont dus plutôt que les salaires.

26. *Alfenus-Varus au liv. 7 du Digeste.*

Un médecin, pour être plus employé, demandoit que ses affranchis qui exerçoient la même profession ne fissent plus la médecine, mais qu'ils le suivissent sans rien faire. On a demandé s'il en avoit le droit ou non? J'ai décidé qu'il en avoit le droit, pourvu cependant qu'il n'exigeât d'eux que des services honnêtes, c'est-à-dire qu'il les laissât reposer à l'heure de midi et qu'il n'exigeât rien d'eux qui pût altérer leur santé ou blesser leur honneur.

1. On a encore demandé à quelle somme on fixeroit ce qui seroit dû à ce médecin pour ses affranchis, s'ils refusoient absolument de lui rendre cette espèce de services? J'ai répondu qu'on le fixeroit à la somme que ces affranchis pourroient gagner en employant leurs services auprès des malades, et non pas aux avantages que pourroit retirer le patron médecin s'il pouvoit parvenir à empêcher que ses affranchis fissent la médecine.

27. *Julien au liv. 1 sur Minicius.*

Si l'affranchi exerce le métier de farceur, il doit employer ses services non seulement auprès de son patron, mais encore dans les spectacles de ses amis; de même qu'un affranchi médecin doit employer ses soins *gratis* auprès des amis de son patron si celui-ci le juge à propos. Car enfin on ne doit pas exiger, pour que le patron puisse employer les services de son affranchi, qu'il donne toujours des spectacles, ou qu'il soit toujours malade.

28. *Paul au liv. unique du Droit de patronage.*

Si une affranchie qui a deux ou plusieurs patrons se marie du consentement d'un seul, le droit d'exiger d'elle des services reste à l'autre patron.

29. *Ulpian au liv. 64 sur l'Edit.*

Si l'action en demande de services a été intentée contre l'affranchi par ce patron, et que pendant l'instance le patron vienne à

mourir, on convient que l'instance doit être reprise par l'héritier étranger. Mais s'il y avoit un fils, à moins qu'il ne fût déshérité, la demande des services lui appartient, quand même il ne seroit pas héritier de son père, et quand même l'instance n'auroit pas été commencée.

30. *Celse au liv. 12 du Digeste.*

Si l'affranchi a promis avec serment de fournir à son patron autant de services qu'il voudroit, la volonté du patron ne sera observée à cet égard qu'autant qu'elle sera conforme à l'équité. Et l'intention des affranchis qui substituent à la fixation de leurs services la volonté de leurs patrons, est toujours fondée sur l'espérance où ils sont que leurs patrons en useront avec équité, et non sur l'envie de s'obliger sans aucune restriction.

1. Le patron a action contre l'affranchie qui s'est mariée de son consentement par rapport aux services qui peuvent lui être dus par le passé.

31. *Modestinus au liv. 1 des Règles.*

L'affranchi à qui on n'a imposé aucun service ne peut être obligé à en fournir, puisqu'il n'en a pas promis, quand même il en auroit fourni volontairement quelques-uns pendant quelque temps.

32. *Le même au liv. 6 des Pandectes.*

L'affranchi qui a promis à son patron une somme que celui-ci n'a exigé de lui que pour le gêner dans la liberté qu'il lui accordoit, n'est point obligé à la payer; et si le patron l'a exigée, il n'est point admis à la succession prétorienne infirmative du testament de son affranchi.

33. *Javolenus au liv. 6 sur Cassius.*

Le patron ne peut point imposer des services à son affranchi sous la condition qu'il se nourrira lui-même.

34. *Pomponius au liv. 22 sur Quintus-Mucius.*

Il faut observer que l'obligation d'acquitter les services est susceptible d'augmentation, de diminution, de modification. Car, tant que l'affranchi est dans un état languissant, le patron perd les services qui lui étoient dus par le passé. Si l'affranchie qui s'est soumise à fournir ses services est parvenue à une dignité qui ne lui permette pas de les acquitter avec bienséance, la promesse tombe de plein droit.

d'indam. Fidio autem, et si heres non extat, etsi lis contestata non fuerat, tamen omnimodò competit, nisi exheredatus sit.

30. *Celsus lib. 12 Digestorum.*

Si libertus ita juraverit, *dare se quot operas patronus arbitratus sit*: non aliter ratum fore arbitrium patroni, quam si æquum arbitratus sit. Et ferè ea mens est personam arbitrio substituentium, ut quia sperent eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia vel immodicè obligari velint.

De numero operarum collato in arbitrium patroni.

§. 1. In libertam, quæ voluntate patroni nupsit, præteritarum ante nuptias operarum actio datur.

De nuptiis libertæ.

31. *Modestinus lib. 1 Regularum.*

Operis non impositis manumissus, etiam si ex sua voluntate aliquo tempore præstitit, compelli ad præstandas, quas non promisit, non potest.

De operis non impositis.

32. *Idem lib. 6 Pandectarum.*

Is qui onerandæ libertatis causa pecuniam patrono repromiserit, non tenetur: vel patronus, si pecuniam exegerit, bonorum possessionem contra tabulas ejus non potest petere.

De pecuniâ promissa libertatis onerandæ causa.

33. *Javolenus lib. 6 ex Cassio.*

Imponi operæ ita, ut ipse libertus se alat, non possunt.

De alendo libertæ.

34. *Pomponius lib. 22 ad Quintum Mucium.*

Interdum et diminutionem, et augmentum, et mutationem recipere obligationes operarum sciendum est. Nam dum languet libertus, patrono operæ, quæ jam cedere cœperunt, pereunt. Sed si liberta, quæ operas promisit, ad eam dignitatem perveniat, ut inconueniens sit præstare patrono operas: ipso jure hæc intercedit,

De diminutione, augmento, mutatione, et interitu operarum.

35. *Paulus lib. 2 ad Legem Juliam et Papiam.*

De liberta-
jore quinquaginta annis.

Liberta major quinquaginta annis operas præstare patrono non cogitur.

36. *Ulpianus lib. 11 ad Legem Juliam et Papiam.*

De societate.

Labeo ait, libertatis causa societatem inter libertum et patronum factam, ipso jure nihil valere, palàm esse.

37. *Paulus lib. 2 ad Legem Juliam et Papiam.*

Lex Julia de
liberto liberos
habente.

Qui libertinus duos pluresve à se genitos, natusve, in sua potestate habebit, præter eum, qui artem ludicram fecerit, quive operas suas, ut cum bestiis pugnet, locaverit: ne quis eorum operas, donum, munus, aliudve quicquam libertatis causa patrono, patronæ, liberisve eorum, de quibus juraverit, vel promiserit, obligatusve erit, dare, facere, præstare debet: et si non eodem tempore duo in potestate habuerit, vel unum quinquennem, liberabitur operarum obligatione.

De liberis amissis.

§. 1. Amissi antea liberi ad eas operas, quæ postea imponuntur, prosunt, ut Julianus ait.

§. 2. Sed et si uno amisso obliget se, deinde alter nascatur: multò magis Pomponius ait amissum huic jungi, ut liberetur.

De persona, qui promissum est.

§. 3. Nihil autem interest, utrum ipsi promittat patrono, an eis qui in potestate ejus sint.

De delegatione.

§. 4. Sed si creditori suo libertum patronus delegaverit, non potest idem dici: solutionis enim vicem continet hæc delegatio. Potest tamen dici, si in id, quod patrono promisit, alii postea delegatus sit, posse eum liberari ex hac lege. Nam verum est, patrono eum expromississe, quamvis patrono nunc non debeat. Quòd si ab initio delegante patrono libertus promiserit, non liberari eum.

35. *Paul au liv. 2 sur la Loi Julia et Papia.*

L'affranchie qui a plus de cinquante ans n'est plus obligée de fournir les services à son patron.

36. *Ulpien au liv. 11 sur la Loi Julia et Papia.*

Suivant Labéon, il est certain que la société contractée entre l'affranchi et le patron en considération de la liberté est nulle.

37. *Paul au liv. 2 sur la Loi Julia et Papia.*

Voici les termes de la loi Julia de *maritandis ordinibus*: « L'affranchi qui aura deux ou plusieurs enfans mâles ou femelles sous sa puissance, non compris ceux qui auroient encouru l'infamie en faisant la profession de baladins, ou en se louant pour combattre contre les bêtes, ne sera obligé à fournir à son patron, à sa patronne ou à leurs enfans, aucun service, don, présent, ou autres impositions auxquels il se seroit soumis envers eux avec ou sans serment en considération de la liberté qu'il en reçue. Si l'affranchi n'avoit pas dans le même temps deux enfans sous sa puissance, mais un seul de l'âge de cinq ans, il sera encore libéré de l'obligation de fournir des services. »

1. Suivant Julien, les enfans morts servent à exempter des services imposés depuis leur mort.

2. Si l'affranchi ayant perdu un enfant s'oblige à fournir quelques services, et qu'ensuite il lui naisse un enfant, l'enfant prédécédé, suivant Pomponius, sera à plus forte raison joint avec l'enfant existant, à l'effet de libérer l'affranchi.

3. On n'examine point ici si les services ont été promis au patron lui-même ou à ceux qu'il a sous sa puissance.

4. On ne pourroit pas dire la même chose si le patron avoit délégué les services de son affranchi à son créancier: parce que cette délégation tient lieu au créancier d'une espèce de paiement. On peut cependant dire que l'affranchi pourroit être libéré en conséquence de la loi Julia, si le patron n'avoit fait la délégation des services de l'affranchi que depuis que celui-ci les auroit promis: car, quoiqu'en ce cas l'affranchi ne doive plus ses services au patron, il est toujours vrai que c'est à lui à qui il les a

promis. Mais si dès l'origine l'affranchi a promis ses services à un étranger, en conséquence de la délégation du patron, le nombre des enfans ne le libérerait pas.

5. La libération des services à laquelle donne lieu le nombre des enfans s'étend non-seulement sur les services qui sont dus pour l'avenir, mais encore sur ceux qui étoient dus par le passé.

6. Julien décide que quand même l'instance en demande de services auroit été formée, néanmoins l'affranchi en seroit libéré par la survenance d'enfans. Il n'en seroit pas de même cependant si l'instance avoit été jugée, et que l'affranchi eût été condamné, parce qu'alors il ne seroit plus débiteur de services, mais d'une somme d'argent.

7. L'enfant né depuis la mort de son père affranchi ne libère point les héritiers de son père, parce qu'il faut que la libération ait son origine dans la personne de l'affranchi lui-même, et que personne ne peut commencer à être libéré d'une dette après sa mort. Mais les enfans nés avant la mort de l'affranchi servent à la libération introduite par la loi Julia.

8. Quoique la loi, à l'égard de cette libération, parle expressément de la personne de l'affranchi, cependant l'esprit de la loi est que ses répondans soient aussi libérés. Si l'affranchi avoit donné en sa place un autre obligé, de manière que lui-même cessât entièrement de l'être, les enfans qu'il auroit ne seroient pas utiles au débiteur qui auroit pris sa place.

38. *Callistrate au liv. 3 de l'Édit monitoire.*

Les services ne sont valablement imposés qu'autant qu'ils sont tels que l'affranchi puisse s'en acquitter avec bienséance et sans danger de sa vie. Car si c'est une esclave prostituée qui est affranchie, elle ne doit pas les mêmes services à son patron, quoiqu'elle continue de faire un commerce de débauche. Et un esclave qui étoit employé par son maître à combattre contre les bêtes, ne doit plus à son patron, lorsqu'il est affranchi, les mêmes services, parce qu'il ne peut s'en acquitter sans courir risque de sa vie.

1. Si cependant l'affranchi fait un métier, il doit aussi fournir à son patron des services dépendans de sa profession, quand même il n'auroit appris ce métier que de-

§. 5. Non solùm futurarum, sed etiam præteritarum operarum liberatio fit. De operis futuris vel præteritis.

§. 6. Julianus, etiam si jam petitæ sunt operæ, liberis sublati absolutioem faciendam. Sed si jam operarum nomine condemnatus est, non potest liberari: quoniam jam pecuniam debere cœpit. De petitione et condemnatione.

§. 7. Posthumus liberti heredes patris sui non liberat, quòd proficisci liberatio à liberto debet, nec quisquam post mortem liberari intelligi potest. Ex lege autem nati liberi prosunt. De posthumis vel jam natis.

§. 8. Etiam si in persona liberti collata liberatio est, fidejussores quoque liberantur ex sententiâ legis. Quòd si libertus expromissorem dederit, nihil hoc caput ei proderit. De fidejussoribus et expromissoribus.

38. *Callistratus lib. 3 Edicti monitoii.*

Hæ demùm impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, et sine periculo vitæ. Nec enim, si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamvis adhuc corpore quæstum faciat: nec avarius manumissus tales operas, quia istæ sine periculo vitæ præstari possunt. De operis, quæ sine turpitudine, aut periculo præstari non possunt.

§. 1. Si tamen libertus artificium exerceat, ejus quoque operas patrono præstare debet, etsi post manumissionem id didicerit. Quòd si artificium exercere de-

Si libertus post manumissionem artificium didicerit, aut exercere desiderit.

sierit, tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatem ejus fuerint: veluti ut cum patrono moretur, peregrè proficiscatur, negotium ejus exercent.

39. *Paulus lib. 7 ad Plautium.*

De pecunia
promissa, si opera
non dentur.

Si ita stipulatio à patrono facta sit, *Si decem dierum operas non dederis, viginti nummos dare spondes?* videndum est, an nec viginti actio danda sit, quasi onerandæ libertatis gratia promissi sint; nec operarum, quæ promissæ non sint: an verò operæ duntaxat promissæ fingi debeant, ne patronus omnimodò excludatur? Et hoc prætor quoque sentit operas duntaxat promissas.

§. 1. Sequens illa quæstio est, an libertus impetrare debeat, ne majoris summæ quam viginti condemnetur: quia videtur quodammodò patronus tanti operas æstimasse, ideòque ipse non deberet egredi taxationem viginti? Sed iniquum est, nec oportet liberto hoc indulgere: quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri.

40. *Papinianus lib. 20 Quæstionum.*

Si bona patroni
venierint.

Si bona patroni venierint, operarum, quæ post venditionem præterierint, actio patrono dabitur. Et si alere se possit, ante venditionem præteritarum non dabitur: quoniam ex antè gesto agit.

41. *Idem lib. 5 Responsorum.*

De liberto, qui
operarum obligati-
one dimissus
est.

7. Si le fils est obligé de venger la mort de son père, et a par cette raison accusé l'affranchi de son père qui étoit son médecin, ou qui couchoit dans sa chambre, ou enfin qui étoit auprès de lui, doit-on venir à son secours? Je pense qu'on le doit, si animé par son amour pour son père, et dans la juste crainte de perdre sa succession, il a été obligé d'intenter contre son affranchi cette accusation, quand même elle se trouveroit dénuée de fondement.

8. On entend ici par accusation, celui qui reproche un crime et souffre que la cause soit plaidée jusqu'à jugement définitif. Car s'il s'arrête auparavant, on ne le regarde plus comme accusateur. Telle est notre jurisprudence. Si même il abandonne l'accusation après l'appel interjeté, nous répondons favorablement qu'il n'a point poussé son accusation jusqu'à la fin. Ainsi, si l'affranchi est mort pendant l'instance de l'appel interjeté par son patron, le fils du patron sera admis à sa succession; parce que l'affranchi a été soustrait à la mort par la sentence.

9. Si le fils du patron, avocat, a prêté son ministère à l'accusateur de l'affranchi de son père, il ne sera pas pour cela exclus de sa succession; parce que ce n'est pas l'avocat qui intente l'accusation.

10. Si le père a ordonné dans son testament qu'on accusât son affranchi comme lui ayant voulu donner du poison, ou ayant autrement attenté contre sa vie, on doit excuser ses enfans qui ne se sont pas portés volontairement à cette accusation.

11. Si le fils du patron a accusé l'affranchi de son père, et qu'il ait fourni des preuves qui l'aient fait condamner, qu'ensuite l'affranchi ait été rétabli par le prince, il ne sera pas exclus de sa succession; parce que l'accusation qu'il a intentée il l'a consommée.

15. *Tryphoninus au liv. 17 des Disputes.*

Il en est de même si l'accusation dont l'affranchi a fourni la preuve méritoit peine de mort, mais que par grâce le juge ait pro-

cedendum enim est ei, si voluit se ulcisci provocatus.

§. 7. Si patris mortem defendere necesse habuerit, an dicendum sit, hic quoque ei succurrendum, si libertum patrum propter hoc accusavit, medicum fortè patris, aut cubicularium, aut quem alium, qui circa patrem fuerat? Et puto succurrendum, si affectione et periculo paternæ substantiæ ducente necesse habuit accusationem vel calumniosam instituire.

§. 8. Accusasse autem eum dicimus, qui crimina objecit, et causam perorari usque ad sententiam effecit. Cæterum, si antè quievit, non accusavit. Et hoc jure utimur. Sed si appellatione interposita desistit, benignè dicetur non pertulisse accusationem. Si igitur pendente appellatione decessit libertus, patroni filius admittetur ad bonorum possessionem: quia sententia libertus morte subtractus est.

§. 9. Si patroni filius advocationem accusatori liberti præstitit, non est repellendus: nèque enim advocatus accusat.

§. 10. Si pater testamento caverit, ut accusaretur libertus, quasi venenum sibi parasset, aut quid aliud in se admisisset, magis est, ut ignosci liberis deberet, qui non spontè accusaverunt.

§. 11. Sed et si accusaverit libertum, et probaverit crimen patroni filius, posteaque hic libertus sit restitutus, non erit repellendus: crimen enim, quod intendit, etiam perfecit.

15. *Tryphoninus lib. 17 Disputationum.*

Idem est, etsi crimen quidem, quod in liberto probatum est, meruerat capitis pœnam, benigniùs autem punitus est

libertus, veluti tantum relegatus : de calumniatore enim sensit prætor.

16. *Ulpianus lib. 45 ad Edictum.*

De liberis exheredati vel ejus qui in servitute libertum patrum petit.

In servitute petisse non is videtur, qui ei, qui in possessione erat servitutis, petenti se in libertatem contradixit, verum is qui ex libertate petit in servitute.

§. 1. Sed et si quis non totum suum, sed pro parte, vel usumfructum in eo suum dicat, vel quid aliud, quod habere non potest in eo, nisi servus sit : an repellatur, quasi in servitute petierit? Quod est verius.

§. 2. Si petierit in servitute, et obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari, non debet ei obesse, maxime si habuit justam causam errandi.

§. 3. Petisse in servitute non videtur, qui ante litem contestatam destitit. Sed et si post litem contestatam, dicendum est, nec id nocere debere : quia non usque ad sententiam duravit.

§. 4. Si patroni filius sit vel exheredatus, vel si in servitute libertum patrum petit, vel capitis accusaverit libertum : non nocet hoc liberis ejus, qui in potestate non sunt. Et hoc divi fratres Quintilius rescripserunt.

De patrono qui honorum possessionem contra tabulas accepit, à judicio liberti repellendo.

§. 5. Si quis honorum possessionem contra tabulas liberti acceperit, ab omni liberti judicio repellitur : nec tantum si ipsi liberti heres fuerit scriptus, verum etiam si impuberi filio substitutus. Nam et Julianus scripsit, si post petitam honorum possessionem adierit impuberis filii liberti hereditatem patronus, denegari ei

noncé une peine moins sévère, comme l'exil. Car ce n'est que le patron calomniateur que le préteur exclus de la succession de l'affranchi qu'il a accusé.

16. *Ulpian au liv. 45 sur l'Edit.*

On n'est point censé avoir demandé qu'un affranchi fût remis dans la servitude, lorsqu'étant actuellement dans la possession de l'état de servitude, il a réclamé la liberté, et qu'on a défendu contre sa demande, mais lorsqu'étant en possession de l'état de liberté on veut le faire retomber dans la servitude.

1. Le patron seroit-il exclus de la succession de son affranchi s'il l'avoit revendiqué comme son esclave non en total, mais en partie, ou s'il a soutenu qu'il avoit sur lui droit d'usufruit, ou quelque autre droit qui suppose nécessairement qu'il est esclave? Regarderoit-on ce patron comme ayant voulu faire tomber cet affranchi dans la servitude? Je le pense ainsi.

2. Si le patron a revendiqué l'affranchi comme son esclave, et qu'il ait réussi dans sa demande, qu'ensuite ayant connu la vérité il l'ait laissé en possession de sa liberté, il n'en doit pas souffrir, sur-tout si son erreur étoit fondée sur une cause juste.

3. On n'est point censé avoir formé de demande pour faire tomber l'affranchi dans la servitude, lorsqu'on s'est désisté avant la contestation en cause, et même après la contestation en cause, parce qu'on n'a point persisté jusqu'au jugement définitif.

4. Les enfans du fils d'un patron qui a été déshérité par son père, ou qui a intenté calomnieusement une accusation capitale contre l'affranchi de son père, ou qui a formé une demande pour le faire tomber en servitude, n'en souffrent aucun préjudice s'ils ne sont pas sous sa puissance. Les empereurs Sévère et Antonin l'ont ainsi décidé dans un rescrit adressé aux Quintilius.

5. Le patron qui a demandé et obtenu la succession prétorienne infirmative du testament de son affranchi perd toutes les libéralités qu'il pourroit tenir de la disposition de cet affranchi, non-seulement s'il a été directement institué héritier de l'affranchi, mais encore s'il a été substitué à son fils impubère. Car Julien écrit, que si

après avoir simplement demandé la succession prétorienne infirmative du testament de son affranchi, le patron accepte l'hérédité du fils impubère de cet affranchi auquel il a été substitué, on doit lui refuser les actions.

6. Le patron qui aura pris la succession prétorienne contre le testament de son affranchi sera aussi privé de tout ce qui lui aura été laissé dans un codicille ou par donation à cause de mort.

7. Quelquefois cependant le patron, même après avoir demandé la succession prétorienne, pourra se faire payer d'un legs qui lui aura été fait par son affranchi s'il n'en doit tirer aucun profit, par exemple s'il est chargé de remettre ce legs à un autre.

8. De plus le préteur en ce cas refuse les actions au patron, non-seulement par rapport à ce qui lui auroit été donné nommément à lui-même, mais encore par rapport à ce qui devoit lui parvenir par l'intervention d'autres personnes, par exemple par ceux qui sont sous sa puissance, et que le patron pourroit garder sans être obligé de le rendre à d'autres.

9. Le patron seroit néanmoins admis à demander son legs, si l'affranchi lui avoit légué le prix d'un de ses esclaves qu'il l'auroit chargé d'affranchir.

10. Si le patron après avoir été institué a demandé la succession prétorienne à un substitué, ce substitué n'aura point d'action pour la portion à laquelle le patron a droit en vertu de la succession prétorienne.

11. Si le patron est substitué à l'héritier institué par l'affranchi, et qu'il vienne à mourir du vivant du testateur, son fils, qui prendra la succession prétorienne, aura non-seulement la portion du substitué, mais ôtera encore quelque chose à chaque héritier pour parfaire sa légitime.

17. *Le même au liv. 47 sur l'Edit.*

Lorsqu'un affranchi meurt sans enfans, le patron et la patronne peuvent demander la succession prétorienne, même conjointement. Si le patron et la patronne ont des proches, ils sont également admis à cette succession.

18. *Paul au liv. 43 sur l'Edit.*

Les enfans même naturels de la patronne seront admis à la succession prétorienne des

debere actiones.

§. 6. Sed et si quid codicillis fuerit patrono relictum, vel mortis causa donatum: simili modo horum quoque persecutio denegabitur.

§. 7. Nonnunquam planè post petitam bonorum possessionem dabitur patrono legati persecutio, si nihil ad emolumentum ejus perventurum sit, quia fortè rogatus est alii restituere.

§. 8. Præterea non tantum, quod ipsi nominatim datum est, id se prætor denegaturum ait: verumetiam si quid proponas ad ipsos per alios perventurum, utputà per subjectas personas; quod quidem sunt habituri non restituri.

§. 9. Dabimus legati petitionem patrono, si servo patroni dederit libertatem, pretio ejus patrono prælegato.

§. 10. Ei qui substitutus erit patrono, qui contra tabulas possessionem petierit, actio ejus partis, cujus patrono possessio data erit, non datur.

De eo qui substitutus est patrono.

§. 11. Si patronus sit substitutus, et patronus vivo testatore decesserit: filium patroni petentem contra tabulas bonorum possessionem, non solius substituti partem occupare, verùm omnibus heredibus pro parte aliquid auferre constat.

De filio patroni substituti, et vivo testatore defuncti.

17. *Idem lib. 47 ad Edictum.*

Liberto sine liberis mortuo, in primis patronus et patrona bonorum possessionem accipere possunt, et quidem simul. Sed et si patrono et patronæ proximi sunt aliqui, simul admittuntur.

De patrono, patrona, et proximis patrono, patronæ.

18. *Paulus lib. 43 ad Edictum.*

Patronæ quidem liberi etiam vulgò quæsi accipient materni liberti bonorum

De liberis patroni patronæve.

possessionem : patroni autem non nisi jure quæsit.

19. *Ulpianus lib. 4 Disputationum.*

De patrono
instituto.

Si patronus ex minore parte quàm legitima heres institutus, falsum testamentum dixisset, nec obliuisset : non est ambiguum, contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem ; eò quòd facto suo perdidit hereditatem, cum temere falsum dixit.

§. 1. Quod si ex debita parte fuerit institutus, sive adiit, sive non : à contra tabulas bonorum possessione repellitur, quasi debitam sibi portionem acceperit : nec poterit contra tabulas bonorum possessionem petere.

20. *Julianus lib. 25 Digestorum.*

De patrono ins-
tituto sub condi-
tione jurisjuran-
di.

Libertus sub conditione jurisjurandi, quam prætor remittere solet, patronum instituit heredem : non puto dubitandum, quin à bonorum possessione submoveatur : verum est enim, eum heredem factum.

De legatario
rogato restituere
patrono.

§. 1. Si Titio legatum fuisset, ejusque fidei commissum, ut patrono restitueret : denegatur legatorum actio Titio si patrono pro debita parte à scripto herede fuerit satisfactum.

Si pars debita
patrono relicta
sit conjunctim
cum alio.

§. 2. Libertus patronum et extraneum conjunctim ex parte dimidia heredem scripsit. Quadrans, ex quo institutus erat patronus, totus ipsi imputari debet, residuum ex debita sibi parte omnibus heredibus pro portione cujusque aufert.

§. 3. Idem servari conveniet in legato, quod patrono conjunctim et Titio datum fuerit : ut pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua parte tantum Titio detrahatur, quantum ab herede pro rata portione.

De eo quem
libertus substituit
filio suo
emancipato.

§. 4. Si libertus filium emancipatum sub conditione heredem instituerit, et deficiente conditione substitutus adierit : quæro, utrum patrono adversus substitutum in partem debitam prætor, an emancipato filio in totam hereditatem

affranchis de leur mère. Mais les enfans du patron ne seront admis à celle des affranchis de leur père, qu'autant qu'ils seront nés en légitime mariage.

19. *Ulpien au liv. 4 des Disputes.*

Si le patron institué pour une portion moindre que sa légitime a accusé le testament de faux, et a succombé dans cette accusation, il est hors de doute que la succession prétorienne lui est refusée, d'autant que c'est par son fait qu'il perd l'héritité ayant mal à propos accusé le testament de faux.

1. S'il a été institué pour sa portion légitime, il est exclus de la succession prétorienne, soit qu'il accepte en vertu de l'institution, soit qu'il n'accepte pas comme ayant été rempli de sa légitime.

20. *Julien au liv. 25 du Digeste.*

Un affranchi à qui on avoit imposé la condition de prêter un serment (condition dont le prêteur est dans l'usage de faire remise), a institué son patron pour son héritier. Il n'y a point de doute que le patron est exclus de la succession prétorienne. puisqu'il est vrai qu'il a été institué héritier.

1. Si l'affranchi a fait un legs à un étranger (Titius), et l'a chargé de le remettre à son patron, Titius n'aura point d'action pour demander ce legs si le patron a été rempli de sa légitime par l'héritier écrit.

2. Un affranchi a institué concurremment pour une moitié de sa succession son patron et un étranger. Le quart que le patron a dans ce cas en vertu de l'institution doit lui être imputé tout entier sur sa légitime, et ce qui lui reste encore dû sur cette légitime lui sera payé par tous les autres héritiers proportionnellement.

3. On doit observer la même chose par rapport à un legs fait conjointement au patron et à un étranger ; la moitié du legs sera imputée sur la légitime, l'autre moitié souffrira un retranchement proportionnel à celui qui sera fait sur l'héritier.

4. Un affranchi a institué son fils émancipé sous une condition, et lui a donné un substitué en cas de non-événement de cette condition ; ce substitué a accepté. Le préteur doit-il accorder la succession prétorienne au patron contre le substitué jusqu'à

concurrence de sa légitime, ou au fils émancipé pour toute l'hérédité? J'ai répondu, lorsqu'un père a institué son fils sous une condition, et que cette condition venant à manquer l'hérédité passe au substitué, le patron doit avoir la succession prétorienne contre ce dernier jusqu'à concurrence de sa légitime. Il en sera de même si le fils ne peut plus demander la succession prétorienne, ou parce qu'il a laissé passer le temps prescrit, ou parce qu'il l'a répudiée; mais si malgré le non-événement de la condition (qu'on peut supposer non-potestative), l'hérédité appartient au fils, le préteur accordera la préférence au fils émancipé et lui donnera action contre le substitué. Je pense que quand un fils est institué sous une condition, il y a des cas où il est nécessaire qu'il soit déshérité dans le degré de la substitution, et d'autres cas où cette exhérédation est inutile. Car si la condition étoit de celles qui sont sous la puissance du fils, par exemple celle-ci, s'il fait un testament, je pense que le fils, même sans qu'il y ait une exhérédation expresse dans la substitution, fait place au substitué. Mais si la condition n'étoit pas dans la puissance du fils, par exemple celle-ci, si Titius devient consul, alors le substitué n'est admis qu'autant que le fils aura été nominé déshérité dans la substitution.

5. Un affranchi a institué son fils émancipé et l'a chargé, par fidéicommis, de remettre la succession à Sempronius. Le fils voulant répudier l'hérédité comme lui étant onéreuse, a été forcé par le préteur de l'accepter aux risques du fidéicommissaire, et il l'a remise à Sempronius. On peut avec justice accorder au patron la succession prétorienne pour sa légitime, comme si ce n'étoit pas le fils, mais l'étranger à qui la succession a été remise qui eût été institué directement héritier. Cette succession prétorienne sera encore accordée au patron si le fils de l'affranchi abandonne l'hérédité de son père, et que son cohéritier se trouve chargé de toute la succession: car, dans l'un et l'autre cas, la légitime du patron ne se prend point sur le fils, mais sur l'étranger.

21. *Le même au liv. 26 du Digeste.*

Si de trois patrons un néglige de deman-

succurrere debeat? Respondi, cum pater filium sub conditione primo gradu heredem instituit, si deficiente conditione sub qua filius heres institutus est, ad secundum gradum hereditas pertinet, vel adhuc pendente conditione filius decesserit: patrono partis debitæ bonorum possessionem adversus substitutum competere. Idemque est, et si filius vel non petierit bonorum possessionem tempore exclusus, vel repudiaverit. Si verò deficiente conditione hereditas ad filium pertineat, emancipatum potius tuebitur prætor adversus substitutum. Existimo autem, quotiens sub conditione heres filius scribitur, aliàs necessariam esse exheredationem à substitutis, aliàs supervacuum. Nam si id genus conditionis fuerit, quæ in potestate filii esset, veluti cum testamentum fecerit: puto etiam ommissa conditione filium locum substitutis facere. Si verò conditio non fuerit in potestate filii, veluti, si Titius consul factus fuerit: tunc substitutus non admititur, nisi filius ab eo nominatim exheredatus fuerit.

§. 5. Si libertus filium emancipatum heredem instituerit, ejusque fidei commiserit, ut totam hereditatem Sempronio restitueret: et filius, cum suspectam sibi hereditatem diceret, jussu prætoris adierit eam, et Sempronio restituerit: non iniquè patrono bonorum possessio partis debitæ dabitur, perinde ac si non filius, sed is, cui hereditas restituta est, liberto heres extitisset. Item cum filius hereditatem liberti patris omiserit, et coheres ejus totius hereditatis onus susceperit: danda erit patrono bonorum possessio. Utroque enim casu non filio, sed extraneo pars eripitur.

De fideicommissis filii emancipati, si filius liberti patris hereditatem omiserit.

21. *Idem lib. 26 Digestorum.*

Ex tribus patronis uno cessante bono-

De ead. ex tri-

hus patronis ces-
sante.

rum possessionem petere, duo æquas partes habebunt.

der la succession prétorienne, les deux autres auront des portions égales.

22. *Marcianus lib. 1 Institutionum.*

De manumisso
à filiofamilias
milite.

Si filiusfamilias miles manumittat, secundum Juliani quidem sententiam, quam libro vicesimoseptimo digestorum probat, patris libertum faciet. Sed quandiu, inquit, vivit, præfertur filius in bona ejus patri. Sed divus Hadrianus Flavio Apro rescripsit, suum libertum eum facere non patris.

22. *Marcien au liv. 1 des Institutes.*

Si un fils de famille militaire affranchi son esclave, il le rend l'affranchi de son père, suivant le sentiment qu'approuve Julien au livre vingt-sept du digeste. Mais tant que le fils vit, ajoute ce jurisconsulte, il est préféré à son père dans la succession de cet affranchi. L'empereur Adrien a décidé dans un rescrit adressé à Flavius-Aper, que dans ce cas ce seroit le fils qui seroit patron et non le père.

23. *Julianus lib. 27 Digestorum.*

De patrono qui
se dedit in adop-
tionem.

Si libertus præterito patrono extraneum instituerit heredem, et patronus, antequam contra tabulas bonorum possessionem petierit, in adoptionem se dederit, deinde scriptus omiserit hereditatem: patronus totorum bonorum liberti possessionem ut legitimus petere potest.

23. *Julien au liv. 27 du Digeste.*

Si l'affranchi passe son patron sous silence et institue un héritier étranger, et que le patron, avant d'avoir demandé la succession prétorienne, se soit donné en adrogation, qu'ensuite l'héritier institué ait renoncé, le patron sera admis à la succession entière de l'affranchi, comme son héritier légitime *ab intestat*.

De filio patro-
ni, et nepotibus
ex altero filio.

§. 1. Si libertus intestatò decesserit, relictis patroni filio, et ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quandiu filius esset: quia proximum quemque ad hereditatem liberti vocari, manifestum est.

1. Si un affranchi meurt *intestat*, laissant de son patron un fils d'une part, et d'une autre part deux petits-fils, enfans d'un autre fils du même patron, les petits-fils ne seront point admis à la succession de l'affranchi tant qu'il y aura un fils; parce qu'il est certain que c'est l'enfant qui est dans le degré le plus proche qui est appelé à la succession de l'affranchi.

De filio duo-
rum patronorum

§. 2. Si autem ex duobus patronis alter unum filium, alter duos reliquisset: dixi viriles inter eos partes fieri.

2. Mais si ce même affranchi avoit eu deux patrons, dont l'un eût laissé un enfant et l'autre deux, on feroit entre tous ceux qui succédroient des portions égales.

De duobus pa-
tronis.

24. *Idem lib. 65 Digestorum.*

Communi liberto, si ex duobus patronis alter jusjurandum exegerit, ne uxorem ducat: vel vivo liberto decesserit, is qui extra hanc culpam fuerit: vel supervixerit, partis utrique debitæ bonorum possessionem solus habebit.

24. *Le même au liv. 65 du Digeste.*

Si de deux patrons qui ont un affranchi commun, l'un lui a fait promettre avec serment de ne se pas marier, ou est mort de son vivant, l'autre patron à qui on ne pourra pas faire le même reproche, ou qui aura survécu à l'affranchi, aura seul la légitime qui étoit due aux deux patrons.

Si debitores
conveniantur ab
herede liberti.

25. *Idem lib. 1 ad Urseium Ferozem.*

Quandiu patrono bonorum possessio partis debitæ dari potest, exceptio debitoribus datur adversus heredem petentem, si non in ea causa sit patronus, ut bonorum possessionem pro parte debita contra tabulas petere possit.

25. *Le même au liv. 1 sur Urseius-Férox.*

Tant que le patron peut demander la succession prétorienne pour sa légitime, les débiteurs de l'affranchi, attaqués par l'héritier pour être condamnés à payer ce qu'ils doivent à la succession, peuvent lui opposer l'exception suivante, je vous paierois si le patron n'étoit pas dans le cas de deman-

der la succession prétorienne pour sa légitime.

26. *Africain au liv. 2 des Questions.*

Un affranchi avoit dans ses biens quatre-vingts sesterces, on lui lègue un fonds valant quarante sesterces; l'affranchi, qui avoit institué un héritier étranger, meurt le jour même de l'échéance du legs. J'ai répondu que le patron pouvoit en ce cas revendiquer sa légitime : car le défunt paroît avoir eu, lors de sa mort, une fortune au-dessus de cent sesterces, puisque sa succession auroit pu être vendue au delà de ce prix, attendu le legs qui devoit y être compris. Et on ne doit pas examiner si l'héritier institué par l'affranchi accepte le legs qui avoit été fait ou y renonce; parce que, dans le cas même où il s'agiroit de fixer la Falcidia dans la succession de l'affranchi, ce legs, quoique répudié, seroit imputé à l'héritier sur sa quote par les légataires.

27. *Le même au liv. 4 des Questions.*

Si le patron, du vivant de son fils, déshérite son petit-fils, cette exhérédation lui nuira par rapport aux affranchis de son aïeul.

28. *Florentin au liv. 10 des Institutes.*

Si on punit de mort un affranchi, les patrons ne doivent pas perdre le droit qu'ils auroient eu dans sa succession s'il étoit mort de mort naturelle; et le fisc s'emparera seulement de la partie des biens de l'affranchi que la loi ne défère pas au patron.

1. La règle que nous venons d'établir par rapport à la succession des affranchis condamnés à mort, doit être observée par rapport à la succession des affranchis qui se sont détruits eux-mêmes, ou qui ont pris la fuite dans la crainte de subir la peine du crime dont ils étoient accusés.

29. *Marcien au liv. 9 des Institutes.*

Celui qui est affranchi par quelqu'un qui en étoit chargé par un fidéicommiss devient véritablement l'homme de celui qui l'affranchi, et celui-ci peut demander d'être admis à la succession prétorienne de cet affranchi, soit qu'il ait fait un testament,

Tome V.

26. *Africanus lib. 2 Quæstionum.*

Liberto octoginta habenti fundus quadraginta legatus est: is die cedente legati decessit extraneo herede instituto. Respondit, posse patronum partem debitam vindicare: nam videri defunctum mortis tempore ampliorem habuisse rem centum, cum hereditas ejus propter computationem legati pluris venire possit. Neque referre, heres institutus repudiet legatum liberto relictum, necne: nam et si de lege Falcidia quærat, tale legatum, quamvis repudiatum, in quadrantem hereditatis imputatur legatariis.

De liberto qui die cedente legati decessit.

27. *Idem lib. 4 Quæstionum.*

Vivo filio si nepos exheredatur, nocet ei exhereditatio ad bona libertorum avitorum.

De nepote patroni exhereditato.

28. *Florentinus lib. 10 Institutionum.*

Si in libertinum animadversum erit, patronis ejus jus, quod in bonis ejus habituri essent, si is, in quem animadversum est, sua morte decessisset, eripiendum non est: sed reliquam partem bonorum, quæ ad manumissorem jure civili non pertineat, fisco esse vindicandam placet.

Si in libertinum animadversum sit.

§. 1. Eadem servantur in bonis eorum, qui metu accusationis mortem sibi consciverint, aut fugerint, quæ in damnatorum bonis constituta sunt.

Si libertus metu pœne mortem sibi consciverit aut fugerit.

29. *Marcianus lib. 9 Institutionum.*

Qui ex causa fideicommissi manumittitur, est quidem libertus manumissoris, et tam contra tabulas, quam ab intestato ad bona ejus venire potest quasi patronus: sed operas ei imponere non potest, nec impositas ab eo petere.

De manumissione ex causa fideicommissi.

§. 1. Sed si defunctus filio suo legavit servum, et rogavit, ut eum manumittat, ea mente, ut plenum jus patroni habeat: defendendum est, postea eum operas jure imponere.

30. *Gaius lib. 2 ad Edictum prætoris urbani titulus de liberali causa.*

De petitione in servitute.

Si quis libertum paternum in servitute ea voluntate petierit, ut causam evictionis sibi conservet, non amittit beneficium honorum possessionis.

31. *Marcellus lib. 9 Digestorum.*

Si libertus patrono fundum, quem ab eo alienum emerat, legavit.

Patrono libertus fundum, quem ab eo alienum emerat, legavit; et constituit patronus ad se pertinere legatum; contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest, etsi nihil profecit ei legatum, quia alienam rem legaverit ei libertus: quia patronus ipse eum liberto vendiderat.

32. *Idem lib. 10 Digestorum.*

De his manumisso.

Si libertus meus in servitute redactus, postea ab alio liberatus est, et ejus cœperit esse libertus: præfertur mihi in contra tabulas bonorum possessione, qui eum manumisit.

33. *Modestinus lib. singulari de Manumissionibus.*

Si patronus non aluerit libertum.

Si patronus non aluerit libertum: lex *Ælia Sentia* adimit ejus libertatis causa imposita, tam ei, quam ipsi, ad quem ipsa res pertinet: item hereditatem ipsi et liberis ejus, nisi heres institutus sit; et bonorum possessionem, præterquam secundum tabulas.

soit qu'il n'en ait pas fait, mais il ne peut lui imposer aucune redevance en services ni exiger de lui celles qu'il pourroit lui avoir imposées.

1. Si cependant un père en mourant léguoit un esclave à son fils à la charge de l'affranchir, dans l'intention de lui acquérir sur lui tous les droits de patron, on pourroit soutenir que ce fils auroit droit d'imposer légitimement des services à celui qu'il auroit ainsi affranchi.

30. *Gaius au liv. 2 sur l'Édit du præteur urbain au titre de la cause de la liberté.*

Si un fils réclame en servitude l'affranchi de son père, dans l'intention seulement de se conserver une action en éviction contre un tiers, il ne perd pas le droit de la succession prétorienne.

31. *Marcellus au liv. 9 du Digeste.*

Un affranchi a légué à son patron un fonds qu'il avoit acquis de lui-même, quoiqu'il n'en fût pas le maître; si le patron a néanmoins déclaré que le fonds lui appartenoit, et qu'il ait accepté le legs, il ne peut plus demander la succession prétorienne sous le prétexte que son legs lui est inutile, puisque son affranchi lui a légué la chose d'autrui. De quel droit en effet voudroit-il opposer cette raison, puisque c'est lui-même qui a vendu ce fonds à son affranchi?

32. *Le même au liv. 10 du Digeste.*

Si mon affranchi ayant été réduit en servitude a été depuis affranchi par un autre, il devient l'affranchi de celui-ci; et ce dernier patron m'est préféré dans la succession prétorienne de l'affranchi.

33. *Modestin au liv. unique des Affranchissemens.*

Si un patron a refusé des alimens à son affranchi, la loi *Ælia-Sentia* le prive lui et tous ses ayans cause des services qui auroient pu être imposés en considération de la liberté; elle lui ôte aussi la succession civile à lui et à ses enfans, à moins que le patron ne l'ait institué héritier; et par rapport à la succession prétorienne, elle ne lui accorde que celle qui est confirmative du testament.

34. *Javolenus au liv. 3 sur Cassius.*

Un affranchi qui avoit deux patrons a passé l'un sous silence, il a institué l'autre pour la moitié de sa succession, et a laissé l'autre moitié à un étranger. Le patron institué doit avoir sa légitime franche de toutes charges; et sur ce qui lui a été laissé au delà de sa légitime, ainsi que sur la portion de l'héritier étranger, on prendra proportionnellement la légitime due à l'autre patron.

35. *Le même au liv. 3 des Lettres.*

Séius, en instituant son affranchi pour son héritier, l'a chargé envers Mævius du legs de l'usufruit d'un fonds de la succession. Cet affranchi est mort laissant ce même Mævius pour son héritier. Le fils de Séius formant contre Mævius la demande de la succession prétorienne de l'affranchi de son père à l'effet d'avoir sa légitime, je demande si Mævius doit lui donner sur le fonds sa part entière, par la raison que le fils du patron exerce la succession prétorienne sur tous les biens qu'avait l'affranchi lors de sa mort, ou s'il a droit de déduire sur la part du fonds qu'il lui donne l'usufruit à son profit? J'ai répondu: Je pense que l'usufruit doit être conservé en son ancien état. Il sera donc à propos de prendre un arbitre pour partager les biens de manière que l'usufruit ne soit point morcelé.

36. *Le même au liv. 8 des Lettres.*

Un affranchi mourant insolvable a passé son patron sous silence et institué des héritiers étrangers. Je voudrais savoir si le patron peut demander la succession prétorienne infirmative de son testament? J'ai répondu: Le patron peut demander cette succession prétorienne lorsque les héritiers institués par son affranchi ont accepté la succession, parce qu'une succession est toujours censée solvable dès qu'on trouve un héritier qui l'accepte. Il seroit sans doute absurde que le droit qu'a le patron à la succession prétorienne dépendît de l'opinion des autres, et non de sa propre volonté, et qu'on pût ôter au patron le peu qu'il pourra prendre dans cette succession. Il peut en effet y avoir plusieurs raisons qui déterminent le patron à prendre la succession prétorienne de l'af-

34. *Javolenus lib. 3 ex Cassio.*

Si libertus, cum duos patronos haberet, alterum præterit, alterum ex semisse fecit heredem, et alteri extraneo semissem dereliquit: scriptus quidem patronus debitam sibi partem immunem habet; de cætera autem parte patroni quæ supra debitum ei relicta est, et de semisse extraneo relicto, alteri patrono pro rata portione satisfieri oportet.

De duobus patronis, altero præterito, altero ex semisse herede instituto.

35. *Idem lib. 3 Epistolarum.*

A liberti suo herede Seius usumfructum fundi Mævio legavit. Is libertus Mævio herede relicto decessit. Quæro, cum contra tabulas testamenti petierit filius Seii adversus Mævium, utrum deducto usufructu pars debita ei fundi restituenda sit, an solida: quia eorum bonorum acceperit possessionem, quæ liberti, cum moreretur, fuerunt? Respondit: Usumfructum in causam pristinam restituendum puto. Optimum itaque erit, arbitrum postulare, ut arbitrio ejus ususfructus in integrum restituatur.

Si libertus a quo herede patronus usumfructum fundi legaverat usufructum instituerit heredem.

36. *Idem lib. 8 Epistolarum.*

Libertus, qui solvendo non erat, præterito patrono extraneos reliquit heredes. Quæro, an possit patronus petere contra tabulas bonorum possessionem? Respondit, cum à scriptis heredibus adita est hereditas, patronus contra tabulas bonorum possessionem petere potest: quia solvendo hereditas est, quæ inveniatur heredem. Et sanè absurdum est, jus patroni in petenda bonorum possessione contra tabulas aliorum computatione, non iudicio ipsius patroni aestimari; auferrique patrono, quod modicum vindicaturus est. Multi enim casus intervenire possunt, quibus expediat patrono petere bonorum possessionem, quamvis æris alieni magnitudo, quam libertus reliquerit, facultates patrimonii ejus excedat: veluti si prædia

De liberti qui non est solvendo.

sunt aliqua ex bonis liberti, in quibus majorum patroni sepulchra sint, et magni æstimat patronus bonorum possessione jura pro parte ea ad se pertinere, vel aliquid mancipium, quod non pretio, sed affectu sit æstimandum. Non ergo ideò minus habere debet jus petendæ bonorum possessionis, qui animo potius quàm aliorum computatione bona liberti æstimat: cum eo ipso sufficere patrimonium videri possit, quòd et heredem habeat, et bonorum possessorem.

franchi, quoique la quantité des dettes qu'il a laissées surpassent de beaucoup les forces du patrimoine. Supposez, par exemple, que l'affranchi laisse des terres dans lesquelles est la sépulture des ancêtres du patron, et que celui-ci fasse cas de la succession prétorienne pour devenir maître de ces terres; ou supposez que l'affranchi laisse un esclave de peu de prix, mais pour lequel le patron a une grande affection; le patron n'en doit donc pas moins avoir la succession prétorienne, parce qu'il estime les effets que laisse l'affranchi suivant son opinion et non suivant celle des autres: un patrimoine étant toujours solvable par cela seul qu'on trouve quelqu'un pour le recueillir et suivant le droit civil et suivant le droit prétorien.

37. *Ulpianus lib. 11 ad Legem Juliam et Papiam.*

De his que libertatis causa imposita sunt, liberti venditis.

Julianus ait, si patronus libertatis causa imposita liberti vendiderit, filium ejus ad bonorum possessionem summovet: scilicet quia nec contra tabulas testamenti liberti bonorum possessionem accipiat, quotiens pater ejus donum, munus, operas liberti vendiderit. Planè si patroni filius libertatis causa imposita vendiderit, nihilominus familiam bonorum possessionem contra tabulas liberti accipere ait: quia filius revendendo libertatis causa imposita, fratrem suum non summovet.

37. *Ulpian au liv. 11 sur la loi Julia et Papia.*

Julien décide que si le patron a revendu à prix d'argent à l'affranchi les obligations qu'il lui avoit imposées en considération de la liberté, son fils doit être exclus de la succession prétorienne de l'affranchi; la raison en est qu'il ne peut plus être admis à la succession prétorienne infirmative du testament de cet affranchi, lorsque son père a cédé à ce même affranchi pour une somme les dons, présents, services qu'il lui devoit. Mais si c'est le fils du patron qui a revendu à l'affranchi les redevances que son patron lui avoit imposées en considération de la liberté, néanmoins le frère du patron sera admis à la succession prétorienne infirmative du testament de l'affranchi; parce que le fils par cette vente des droits imposés par le patron n'écarte point son frère.

De liberti necem vindicata.

§. 1. Si libertus heredem scripserit, isque prius, quàm de familia quæstionem haberet, adierit hereditatem: patronum ad contra tabulas bonorum possessionem non admitti. Julianus ait: debuit enim et patronus liberti necem vindicare. Quod et in patrona erit dicendum.

1. Si l'affranchi a institué un héritier qui ait accepté la succession prétorienne avant d'avoir fait mettre à la question les esclaves du défunt, pour savoir d'eux les auteurs de l'assassinat commis dans sa personne, Julien pense que le patron n'est point admis à la succession prétorienne infirmative du testament de l'affranchi; parce que le patron est aussi obligé de venger la mort de l'affranchi. Il en faut dire de même du fils de la patronne.

38. *Terentius Clemens lib. 9 ad Legem Juliam et Papiam.*

De nepotibus

Quæritur, an filio exheredato etiam

38. *Térentius-Clémens au liv. 9 sur la Loi Julia et Papia.*

On demande si, lorsque le fils du patron

est déshérité, ses enfans (petits - fils du patron) sont aussi exclus de la succession prétorienne de l'affranchi de leur aïeul. Cette question doit être décidée, en disant que tant que le fils du patron sera vivant, et que ses enfans seront sous sa puissance, ils ne seront point admis à la succession prétorienne de l'affranchi de leur bisaïeul : de peur que le fils qui ne peut point avoir cette succession directement par lui-même ne se trouvât l'avoir par l'intervention d'autres personnes. Mais si ces enfans ont été émancipés par leur père, ou sont sortis de la puissance paternelle de quelque autre manière, ils pourront être admis sans aucun obstacle à la succession prétorienne de l'affranchi de leur aïeul.

1. Si le fils de l'affranchi renonce à la succession de son père, le patron en profite.

39. *Le même au liv. 10 sur la Loi Julia et Papia.*

La fille du patron est admise à la succession de l'affranchie de son père quand même elle seroit dans une famille adoptive.

40. *Le même au liv. 12 sur la Loi Julia et Papia.*

Si un père, en déshéritant son fils, a voulu, par une disposition particulière, qu'il conservât ses droits sur les affranchis de sa succession, son exhérédation ne lui nuira pas à cet égard.

41. *Papinien au liv. 12 des Questions.*

Un affranchi a satisfait à ce qu'il devoit à son patron eu égard à sa légitime, mais cependant il a lâché dans ce même testament de lui arracher quelque chose malgré lui. Que faudra-t-il décider? Par exemple il a institué son patron pour sa légitime, il lui a même de plus fait un legs de la somme de dix, mais il l'a aussi chargé d'affranchir un de ses esclaves qui est de la valeur de dix ou au-dessous. Il seroit injuste que le patron voulût prendre son legs sans affranchir son esclave; mais il peut se contenter de sa légitime et refuser le legs, auquel cas il ne sera point forcé de donner la liberté à son esclave: de peur qu'il ne se trouve obligé d'affranchir un esclave dont il n'est peut-être pas content. Que décideroit-on si l'aff-

nepotes ex eo à bonorum possessione liberti excludantur? Quod utique sic dirimendum est, ut vivo filio donec in potestate ejus liberi manent, non admittantur ad bonorum possessionem: ne qui suo nomine à bonorum possessione summoventur, per alios eam consequantur. Sin autem emancipati à patre fuerint, vel alio modo sui juris effecti, sine aliquo impedimento ad bonorum possessionem admittantur.

patroni ex filio exheredato.

§. 1. Si filius liberti omiserit patris sui hereditatem, hoc patrono proficiet.

Si filius liberti omiserit patris hereditatem.

39. *Idem lib. 10 ad Legem Juliam et Papiam.*

Patroni filia, si in adoptiva familia sit, ad bona libertorum paternorum admittitur.

De patroni filia in adoptionem data.

40. *Idem lib. 12 ad Legem Juliam et Papiam.*

Si pater exheredato filio ita cavit, ut jus in libertum salvum ei esset, nihil ei ad hanc rem nocet exhereditatio.

De filio patroni exheredato.

41. *Papinianus lib. 12 Quæstionum.*

Si libertus patrono, quod ad debitam portionem attinet, satisfaciat, invito tamen aliquid extorquere conetur: quid statuendum est, quæritur? Quid enim, si ex parte debita instituto, decem præterea legentur, et rogetur servum proprium, qui sit decem, vel minoris pretii, manumittere? Iniquum est, et legatum velle percipere, et libertatem servo non dare: sed parte debita accepta et legato temperare, et libertatem imponere non cogi: ne servum fortè de se malè meritum cogatur manumittere. Quid ergo, si solo eodem herede instituto, idem libertus petierit? Si substitutum habeat, æquè decreti remedium poterit procedere, ut accepta debita portione, cætera pars ad substitu-

De onere patrono cui quoad debitam portionem satisfactum est, imposito.

tum perveniat; ita ut, si fortè servus redimi potuisset, præstaretur libertas; cessante verò substitutione, patronum hereditatem liberti amplectentem prætor, qui de fideicommisso cognoscit, libertatem servo eum imponere cogat.

franchi eût imposé la même charge à son patron qu'il auroit institué unique héritier? Si le patron institué a un substitué, il pourra de même faire rendre un jugement, par lequel le patron sera autorisé à prendre sa légitime; et le reste de la succession passera au substitué, qui sera chargé d'accorder la liberté s'il peut acheter l'esclave. Si au contraire il n'y a point de substitution, le patron, acceptant l'hérédité, sera condamné par le préteur, qui prend connoissance des fideicommissis, à accorder la liberté à son esclave ainsi qu'il en est chargé.

42. *Idem lib. 13 Questionum.*

De filio patroni exheredato à patre, et arrogato à fratre. Si quis alio jure veniat, quam eo quod amisit.

Filius, qui patri heres extitit, fratrem exheredatum adrogavit; atque ita herede eo relicto defunctus est: bonorum possessione libertum patris naturalis exheredatus non habebit. Nam cui non exheredato talis adoptio noceret, nocere debet exheredato: quoniam pœna, quæ legibus aut edicto irrogaretur, adoptionis remedio non obliteraretur. Paulus notat: Ei, qui alio jure venit, quam eò quòd amisit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest quod habet. Sic edictum est, patrono eodemque patronæ filio non obesse, quòd quasi patronum deliquit, si ut patronæ filius venire possit.

42. *Le même au liv. 13 des Questions.*

Un fils qui a recueilli la succession de son père a pris en adrogation son frère, qui avoit été déshérité, et il est mort laissant pour son héritier ce frère devenu son fils adoptif; le fils exhéredé ne pourra point réclamer de part dans la succession des affranchis de son père naturel. Car, puisque son exhéredation auroit été un obstacle pour lui s'il n'eût point été pris en adrogation, il ne doit pas cesser de l'être quoiqu'il ait été adrogé; parce que, conformément aux lois civiles ou à la disposition de l'édit du préteur, l'adoption ne détruit point la peine encourue. Remarque de Paul: Celui qui vient à une succession par un nouveau droit différent de celui qu'il a perdu, ne doit pas souffrir du droit qu'il a perdu, mais plutôt profiter du nouveau droit qu'il a acquis. C'est ce qui a fait décider qu'un patron, qui est en même temps fils de la patronne, n'est point exclus comme fils de la patronne de la succession de l'affranchi de sa mère dont il se seroit rendu indigne par un délit qu'il auroit commis comme patron.

Si libertus alium bonorum castrensiū, alium cæterorum heredem fecerit.

§. 1. Papinianus: Castrensiū bonorum Titium libertus fecit heredem, cæterorum alium. Adita est à Titio hereditas. Magis nobis placebat, nondum patronum possessionem contra tabulas petere posse. Verùm illa quæstio intervenit, an omissente eo qui reliqua bona accepit, eorundem Titio ad crescant, ac si partes ejusdem hereditatis accepissent? Verius mihi videtur, intestati jure deferrì bona cætera. Titius igitur heres non potuerit invitare manumissorem, cum Titio nihil auferat

1. Papinien: Un affranchi a institué Titius héritier pour ses biens castrenses, et un autre pour les autres biens. Titius a accepté l'hérédité. J'étois d'avis que le patron ne devoit point encore être admis à la succession prétorienne. Mais on a demandé si, dans le cas où l'héritier des biens non-castrenses renonceroit à la succession, ces biens accroïtroient à Titius, comme s'il n'y avoit point deux hérédités différentes, mais seulement deux portions de la même hérédité? Il me paroît plus juste de décider qu'en

ce cas l'affranchi sera censé être décédé *intestat* par rapport aux biens non-castrens. Ainsi l'héritier Titius ne pourra point appeler le patron à concourir avec lui, ni dans les biens castrens, puisqu'à leur égard le patron ne lui ôte rien, ni dans les biens non-castrens, qui ne sont point compris dans la disposition testamentaire.

2. Lorsque le fils impubère d'un affranchi qu'on prétend supposé, demande la succession prétorienne de son père par le premier chef de l'édit prétorien sur les successions *ab intestat*, le patron peut-il aussi demander la succession prétorienne du défunt ? Il est hors de doute que ceux qui sont appelés à la succession prétorienne par le second chef de l'édit du préteur ou les suivans ne sont pas admis tant qu'il s'en présente du nombre de ceux qui sont appelés par le premier chef. Car tant qu'il y a une première succession prétorienne déferée, les suivantes ne peuvent point avoir lieu. Mais si l'enfant qu'on prétend supposé vient à être déclaré tel en jugement, cette première succession prétorienne ne sera point censée lui avoir été déferée. Il faudra dire la même chose à l'égard du patron tant que l'instance sur la supposition de l'enfant sera pendante, et l'instance devra être différée jusqu'à la puberté vis-à-vis du patron comme vis-à-vis des autres parties.

3. Le testament de l'affranchi ayant été contesté et déclaré faux dans la province, on a interjeté appel du jugement ; pendant l'intervalle, la fille du patron que l'affranchi avoit institué son héritière est morte. L'empereur Marc-Aurèle a décidé qu'on devoit conserver au fils de cette femme la portion de biens que sa mère auroit si elle vivoit encore, dans le cas même où le testament seroit déclaré faux, et où l'affranchi seroit mort *intestat*.

43. *Le même au liv. 14 des Questions.*

Un affranchi a institué un héritier pour moitié dans sa succession et lui a substitué son patron ; pendant que l'héritier institué délibéroit, le patron a obtenu la succession prétorienne infirmative du testament, l'héritier a accepté. Julien pense que ce patron n'a rien ôté à l'héritier qui a accepté,

tur : nec bonis cæteris, quæ nondum ad causam testamenti pertinent.

§. 2. Cùm filius liberti impubes, qui subjectus dicitur, ex prima parte bonorum possessionem accipiat, an patronus defuncti possessionem accipere possit, quæsitum est? Et sine dubio, qui sequentis gradus sunt, non admittuntur interim. Cùm enim præcedit alia possessio, qui sequitur accipere non potest. Planè si contra eum, qui subjectus dicitur, fuerit iudicatum: data non intelligitur. Sed et in patrono, pendente controversia, idem erit dicendum. Planè quod ad patroni quoque personam pertinet, differri controversia debebit.

Si filius liberti impubes subjectus dicatur.

§. 3. Si falsum liberti testamentum ab aliis in provincia dictum, atque ita res per appellationem extracta esset; defuncta melio tempore patroni filia, quam libertus heredem instituerat, filio mulieris servavit divus Marcus eam partem honorum, quam filia patroni vel jure intestati, si vixisset, habere potuit.

Si patreni filia heres instituta, pendente accusatione falsi testamenti decesserit.

43. *Idem lib. 14 Questionum.*

Julianus putat patronum, qui Titio pro parte dimidia herede instituto substitutus, eo deliberante honorum possessionem contra tabulas accepit, si postea Titius adierit hereditatem, nihil ei, qui adierit hereditatem, abstulisse: non magis quam si sub conditione fuisset institutus. Igitur

De patrono substituto heredi ex semisse.

Titio deliberante res in incerto erit, utrumne semis ex substitutione in possessionem convertatur, an Titio adente singulis heredibus partes debitæ auferantur.

pas plus que s'il eût été institué conditionnellement. Ainsi, tant que Titius délibère, il est incertain si la moitié qui peut revenir au patron en vertu de la substitution en cas que Titius renonce, sera convertie dans la succession prétorienne qu'il a demandée, ou si les deux héritiers seront obligés à fournir au patron sa légitime : ce qui arrivera si Titius accepte.

44. *Paulus lib. 5 Quæstionum.*

Si patrono ex debita portione instituto fideicommissum relinquatur purè, eique tantum legetur sub conditione.

Si patronum ex debita portione heredem instituas, et purè roges fundum dare, eique sub conditione tantum leges : in conditionem fideicommissum redigitur. Erit tamen et hic, quod moveat : onerabitur enim patronus satisfactione fideicommissi. Sed dicendum est ab eo fideicommissario cavendum, à quo patrono legatum est, ut undique patronus suum jus habeat imminutum.

44. *Paul au liv. 5 des Questions.*

Si un affranchi institue son patron pour sa légitime, et le charge purement et sans condition de donner un fonds à quelqu'un; qu'ensuite il lui lègue l'équivalent de ce fonds, mais conditionnellement, le fideicommiss deviendra conditionnel. Il y a cependant encore ici quelque chose qui peut faire de la peine : c'est la caution que le patron sera obligé de donner au fideicommissaire, qui est toujours une charge pour le patron. Mais il faut dire que dans ce cas la caution qui est due au fideicommissaire lui sera donnée par celui qui est chargé du legs conditionnel envers le patron, afin que dans tous les cas le patron ait sa légitime franche et quitte.

Si patrono instituto servus legatur ad supplementam debitam portionem.

§. 1. Patronus heres institutus, legato ei servo, per quem suppleretur debita ei portio, non potest contra tabulas bonorum possessionem, quamvis servus clisis tabulis decessit.

1. Le patron institué héritier, et à qui l'affranchi a en outre légué un esclave pour suppléer ce qui manquoit à sa légitime, ne sera plus admis à la succession prétorienne, dans le cas même où l'esclave seroit mort avant l'ouverture du testament.

Quo tempore spectatur quantitas bonorum liberti.

§. 2. Si ex bonis, quæ mortis tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hereditate vel legato, servus tamen post mortem liberti reversus ab hostibus auget patrimonium : non potest patronus propterea queri, quod minus habeat in servo, quam haberet, si ex debita portione esset institutus. Idem est et in alluvione, cum sit satisfactum ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt. Idem est et si pars legati liberti relicti ab eo cui simul datum erat, vel hereditatis, nunc illis abstinentibus, ad crescat.

2. Si l'affranchi a laissé à son patron, par institution ou par legs, la légitime telle qu'il devoit l'avoir sur les biens qu'il laissoit au temps de sa mort, et que depuis la mort de l'affranchi un de ses esclaves, revenu de chez les ennemis sous la puissance desquels il étoit, augmente son patrimoine, le patron ne peut se plaindre de ce qu'il a moins sur l'esclave que ce qu'il auroit dû avoir s'il eût été institué pour sa légitime indistinctement. Il en sera de même par rapport aux biens ajoutés à la succession par l'alluvion, si le patron a été rempli de sa légitime telle qu'il pouvoit la prétendre sur les biens qui se sont trouvés lors de la mort. Il en sera aussi de même si l'affranchi ayant accepté la portion d'un legs ou d'une hérédité qui lui étoit laissée concurremment avec d'autres, la portion des autres accroît à l'affranchi

l'affranchi après sa mort par la renonciation que font ses conjoints à leurs portions.

45. *Le même au liv. 9 des Questions.*

Si l'affranchi a institué son patron pour un sixième seulement, et l'esclave de ce même affranchi pour le reste, le fidéicommiss dont le testateur auroit chargé ses héritiers ne sera pas dû même sur la portion de légitime que le patron prend sur son esclave. Mais si l'esclave du patron est institué seul, le fidéicommiss ne doit pas non plus être acquitté sur la légitime qui revient au patron.

46. *Le même au liv. 3 des Réponses.*

Paul a répondu qu'un patron qui a approuvé par erreur le testament de son affranchi, lequel étoit faux, n'est point exclus du droit de demander la succession prétorienne infirmative du testament de son affranchi.

47. *Le même au liv. 11 des Réponses.*

Paul a répondu que l'exhérédation d'un petit-fils, qui n'est pas faite pour cause d'ingratitude, mais par quelque raison particulière, ne devoit pas lui nuire, et l'empêcher d'être admis à la succession prétorienne de l'affranchi de son aieul.

1. Titia, fille du patron, publie que son père, avant de mourir, lui a écrit une lettre par laquelle il lui marquoit que ses affranchis l'avoient maltraité, et que c'est sur la foi de cette lettre qu'elle s'est déterminée à les accuser après la mort de son père. On demande si cette excuse pourra être admise? Paul a répondu que la fille qui avoit accusé l'affranchi par la volonté de son père ne devoit point être exclue de la succession prétorienne de l'affranchi, parce que ce n'est point son intention qu'elle a suivie, mais celle de son père.

2. Le fils du patron a écrit à son affranchi une lettre conçue en ces termes : « Sempronius à son affranchi Zoile, salut. Je vous accorde la libre faculté de disposer de vos biens par testament en considération de la fidélité et de l'attachement que vous avez toujours eus pour moi ». Je demande si cet affranchi ne doit rien laisser au fils de son patron? Paul a répondu que l'affranchi dont

Tome V.

45. *Idem lib. 9 Quæstionum.*

Si patronus ex sexta, et servus ejus reliqua parte sit heres institutus: nec ex servi portione fideicommissum debetur. At si servus dumtaxat heres institutus est, puto nec hic ex debita portione præstandum.

De institutione patroni, et servi ejus, vel servi tantum.

46. *Idem lib. 3 Responsorum.*

Paulus respondit: Patronus, qui deceptus falsum judicium testatoris secutus est, bonorum possessionem contra tabulas testamenti liberti petere non prohibetur.

Si patronus deceptus falsum judicium testatoris secutus sit.

47. *Idem lib. 11 Responsorum.*

Paulus respondit, exheredationem nepotis, quæ non notæ gratia, sed alio consilio adjecta est, nocere ei non oportere, quominus contra tabulas libertorum aviorum possessionem petere possit.

De nepote patroni exhereditatio

§. 1. Quæro, an si Titia patroni filia jactat Titium patrem suum prius quam moreretur, litteras ad se fecisse, quibus adjiceret, per libertos suos maleficiis appetitum, easque litteras se secutam, post mortem patris libertos accusare: an aliquid ei prodesse possit hæc excusatio? Paulus respondit, eam, quæ ex voluntate patris accusavit, non debere repellere à bonorum possessione contra tabulas: quoniam non suum judicium, sed alienum exsecuta est.

De ea quæ ex voluntate patris accusavit libertos.

§. 2. Patroni filius epistolam talem liberto emisit: *Sempronius Zoilo liberti suo salutem. Ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam testamenti factionem.* Quæro an patroni filio nihil relinquere debeat? Paulus respondit, eum libertum de quo quæritur, liberam testamenti factionem consecutum non videri.

De libera testamenti factione liberti concessa.

De nepote patroni post mortem avi concepto

§. 3. Paulus respondit, nepotem etiam post mortem avi conceptum, superstitem liberti. bonorum possessionem contra tabulas liberti avi petere posse, et ad hereditatem legitimam ejus admitti. Responsum enim Juliani tantum ad hereditatem legitimam, item bonorum possessionem avi petendam pertinere.

De filio patroni militis ab eo præteritis.

§. 4. Paulus respondit: Quamvis filii à patre milite præteriti, pro exhereditatis habeantur: tamen non eousque silentium patris eis nocere debere, ut et à bonis libertorum avitorum repelli debeant. Idem responsum est etiam de bonis libertorum paternorum.

De eo qui libertum effractorum crimine accusavit.

48. Scævola lib. 2 Responsorum. Quæro de eo qui libertum effractorum crimine accusavit? Respondit, si ejusmodi effractorum crimine accusatus sit, ex quo, si probaretur, in metallum datus esset, denegandam bonorum possessionem.

De liberti arrogato per obreptionem.

49. Paulus lib. 3 Sententiarum. Liberto per obreptionem adrogato, jus suum patronus non amittit.

De patrono eoque qui est in ejus potestate, ex minore parte instituto.

50. Tryphoninus lib. 17 Disputationum. Nihil interest, ipse patronus scriptus heres ex minore parte adierit hereditatem, an servum suum scriptum jusserit adire hereditatem, quam retinet: nihilominus enim repulsus erit à contra tabulas bonorum possessione.

§. 1. Si tamen, antequàm juberet liberti hereditatem adire, servum vendiderit, aut manumiserit, et ita ipse novus libertus, aut emptor heredes extiterint: verbis edicti non prohibetur patronus accipere contra tabulas bonorum possessionem.

s'agit n'avoit point acquis en vertu de cette lettre la libre disposition de ses biens par testament.

3. Paul a répondu qu'un petit-fils, même conçu depuis la mort de son aïeul, qui survivoit à l'affranchi, pouvoit demander la succession prétorienne de l'affranchi de son aïeul, et être admis à sa succession *ab intestat*. Car la décision de Julien ne regarde que la succession légitime *ab intestat* et la succession prétorienne dans les biens de l'aïeul lui-même.

4. Paul a répondu: Quoique les enfans passés sous silence par un père militaire soient réputés valablement déshérités, cependant le silence d'un père ne doit pas être étendu en ce cas jusqu'à priver un petit-fils de la succession des affranchis de son aïeul. Mais il n'en seroit pas de même du fils par rapport à la succession des affranchis de son père.

48. Scævola au liv. 2 des Réponses,

Que doit-on penser de celui qui a accusé injustement son affranchi d'un vol avec effraction? Je réponds que si cette accusation est telle qu'elle dût faire condamner l'affranchi au travail des mines, l'accusateur seroit exclus de la succession prétorienne de son affranchi.

49. Paul au liv. 3 des Sentences.

Si l'affranchi s'est donné en adrogation en trompant le père adrogateur sur sa qualité, le patron ne perd pas son droit dans sa succession.

50. Tryphoninus au liv. 17 des Disputes.

Le patron sera également exclus de la succession prétorienne de son affranchi, soit qu'ayant été institué lui-même pour une portion moindre que sa légitime il ait accepté, soit que ce soit son esclave qui ait été institué pour cette même portion, et que son maître lui ait donné ordre d'accepter et ait gardé la succession.

1. Cependant si avant d'avoir donné ordre à son esclave d'accepter la succession de l'affranchi, le maître avoit vendu son esclave ou l'avoit affranchi, en sorte que ce fût ou le nouvel affranchi ou l'acheteur qui eût accepté la succession, rien n'empê-

cheroit le patron de prendre la succession prétorienne infirmative du testament de l'affranchi.

2. Mais si le patron s'étoit ainsi conduit pour frauder l'édit, afin de tirer de l'acheteur un prix plus considérable de l'esclave et conserver cependant son droit à la succession prétorienne de l'affranchi, ou d'avoir par une convention particulière faite avec son esclave et le bénéfice de l'hérédité civile et la succession prétorienne, le préteur devroit-il refuser à ce patron les actions qui naissent de cette succession prétorienne? Le soupçon est encore plus violent lorsqu'on voit que c'est le fils du patron qui a été institué, et que son père l'émancipe avant de lui avoir donné l'ordre d'accepter : il y a lieu de croire alors que, quoique le fils accepte après son émancipation, c'est cependant le patron lui-même qui a l'hérédité de son affranchi, dont il fait présent à son fils : le vœu naturel des parens étant de ne rien acquérir que pour le faire passer à leurs enfans.

3. Néanmoins, si avant l'ouverture du testament, le patron, ignorant les dispositions de son affranchi, a fait ce que nous venons de dire par rapport à l'héritier institué par l'affranchi, qui étoit sous sa puissance, il n'y a plus aucun soupçon de fraude, et le patron n'en sera pas moins admis à la succession prétorienne de l'affranchi.

4. Un patron institué héritier pour sa légitime par son affranchi, et par lui chargé de remettre l'hérédité à un autre, l'a répudiée comme onéreuse, mais il a été forcé de l'accepter ; et quoiqu'il pût garder sa légitime, il l'a aussi remise au fidéicommissaire. Il ne sera plus admis à la succession prétorienne de cet affranchi, et parce qu'il a approuvé la disposition du défunt, et parce qu'il a méprisé et comme renoncé au droit que lui donnoit le préteur à sa légitime.

5. Il n'en est pas de même d'un fils du patron que l'affranchi a pris en adrogation et qu'il a institué pour une portion moindre que sa légitime, s'il n'y a pas d'autres personnes de la famille du patron. Car, quoique ce patron soit héritier de l'affranchi de plein droit, puisqu'il est son héritier sien, cependant s'il n'a pas voulu s'immiscer dans la succession de l'affranchi comme son père, mais qu'il s'en soit abstenu

§. 2. Sed nunquid prætor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudem edicto ejus facere voluit, ut pretio uberiori percepto, vel tacita pactione etiam hereditatis ex institutione delatæ commodum, et bonorum possessionis contra tabulas haberet? Faciliorque suspicio, per filium scriptum heredem, quamvis emancipatum, adeuntem, liberti hereditatem ipsum patronum habere: cum omnia quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus.

§. 3. Si tamen clausis adhuc tabulis testamenti liberti, cum ignoraret iudicium ejus patronus, eorum quid, quæ supra scripta sunt, circa institutum subjectum juri suo fecit: amota fraudis suspicione, suo jure in bonorum possessione contra tabulas utetur.

§. 4. Si patronus ex debita portione à liberto scriptus, rogatusque hereditatem restituere, suspectam dixit; et compulsus adire, cum retinere posset, restituerit: non poterit accipere contra tabulas bonorum possessionem, et quia agnovit iudicium liberti, et quia sprevit, et quasi damnavit eam possessionem.

De patrono qui hereditatem restituit.

§. 5. Longè distat ab hoc patroni filius, quem libertus adrogavit, et ex minore parte heredem scripsit, cum nemo ex familia patroni alius esset. Quanquam enim hic ipso jure, quippe suus heres deprehendatur, si tamen se non immiscuit hereditati ut patris, sed abstinuit quasi patroni, tamen filius admittendus est ad contra tabulas bonorum possessionem.

De filio patroni arrogato à liberto.

Deliberatione
patrono legata.

§. 6. Si debenti patrono certam pecuniam, liberationem libertus reliquisset, isque usus est, adversus heredem petentem debitum, doli exceptione, aut acceptilatione liberatus est debito propter legatum: dicendum est, eum non posse accipere contra tabulas bonorum possessionem.

51. *Labeo lib. 1 Pitthanon à Paulo epitomatorum.*

Si pater accusatoris manumiserit libertum.

Si eundem libertum, et tu capitis accusasti, et pater tuus manumisit: non poterit tibi ejus liberti bonorum possessio ex edicto prætoris dari. Paulus: Imò, contrà accidet, si quem servum accusaveris, deinde patris tui fuerit factus, et is postea eum manumisit.

TITULUS III.

DE LIBERTIS UNIVERSITATUM.

1. *Ulpianus lib. 49 ad Edictum.*

MUNICIPIBUS plenum jus in bonis libertorum, libertarum defertur: hoc est, id jus quod etiam patrono.

§. 1. Sed an omninò petere bonorum possessionem possint, dubitatur? Movet enim, quòd consentire non possunt. Sed per alium possunt petita bonorum possessione ipsi acquirere. Sed qua ratione senatus censuit, ut restitui eis ex Trebelliano hereditas possit, qua ratione alio senatusconsulto heredibus eis institutis à libertis, acquirere hereditatem permissum est: ita bonorum quoque possessionem petere dicendum est.

pour s'en tenir à son droit de patron, le fils n'en seroit pas moins admis à la succession prétorienne de l'affranchi.

6. Si l'affranchi fait à son patron un legs de libération d'une somme qu'il lui doit, et que l'héritier, formant contre le patron la demande de cette créance, celui-ci lui ait opposé l'exception de la mauvaise foi, ou que l'héritier en considération du legs ait libéré le patron par acceptilation, il ne pourra pas être admis à la succession prétorienne infirmative du testament de l'affranchi.

51. *Labeon au liv. 1 des Conjectures abrégées par Paul.*

Si vous avez accusé injustement l'esclave de votre père d'un crime capital, et que votre père l'ait affranchi, vous ne pourrez point être admis à la succession prétorienne de cet affranchi. Paul: Le contraire arriveroit si vous aviez intenté cette accusation injuste contre un affranchi qui auroit depuis passé dans le domaine de votre père et qui auroit été par lui affranchi.

TITRE III.

DES AFFRANCHIS

DES COMMUNAUTÉS.

1. *Ulpien au liv. 49 sur l'Edit.*

LES communautés ont droit sur les biens de leurs affranchis et affranchies: c'est-à-dire qu'elles ont les mêmes droits sur eux que les autres patrons.

1. Mais peuvent-elles demander, comme les autres patrons, la succession prétorienne de leurs affranchis? Ce qui fait de la difficulté, c'est que les communautés ne peuvent pas donner de consentement. Elles peuvent cependant acquérir elles-mêmes cette succession prétorienne en la faisant demander par un autre. La même raison qui a déterminé le sénat à ordonner que l'hérédité leur seroit remise en vertu du sénatus-consulte Trébellien lorsqu'elle leur auroit été laissée par fidéicommiss, la même raison qui a fait décider par un autre sénatus-consulte que les communautés instituées héritières pourroient accepter par l'intervention de leurs affranchis, donnent lieu de croire qu'elles peuvent aussi demander la succession prétorienne de leurs affranchis.

2. Le temps prescrit pour demander la succession prétorienne commence à courir contre elles du jour qu'elles ont pu ordonner par un acte d'assemblée qu'elle seroit demandée. Papinien l'a décidé de la même manière.

§. 2. Temporaque honorum possessionis petendæ cedere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda poterunt. Quod et Papinianus respondit.

TITRE IV.

DE L'ASSIGNAT QUE FAIT UN PÈRE

DE SES AFFRANCHIS

A quelques-uns de ses enfans.

1. Ulpian *æ liv. 14 sur Sabin.*

LE sénatus-consulte porté du temps de l'empereur Claude, sous le consulat de Velleius-Rufus et d'Ostérius-Scapula, au sujet de l'assignat des affranchis, est conçu en ces termes : « Si celui qui a deux ou plusieurs enfans nés en légitime mariage, et sous sa puissance, a déclaré auquel de ses enfans en particulier il entend assigner tel ou tel affranchi, cet enfant, fils ou fille, lors de la mort de celui qui a affranchi entre vifs ou par testament, sera seul patron ou patronne, comme si l'affranchi tenoit directement de lui ou d'elle sa liberté. Si ces enfans, à qui l'affranchi est assigné, sont morts sans laisser d'enfans, alors les autres enfans de celui qui a affranchi reprennent tous leurs droits, comme si celui qui a affranchi n'avoit point fait d'assignat particulier de ces affranchis. »

1. Quoique le sénatus-consulte soit conçu en termes qui désignent le singulier, il est cependant certain que l'assignat peut être fait de plusieurs affranchis à un seul enfant, ou d'un seul affranchi à plusieurs enfans.

2. On peut aussi faire un assignat de l'affranchi qui est sous la puissance des ennemis.

3. Un patron peut faire l'assignat de son affranchi en tels termes qu'il voudra, ou par signe, par testament, par codicille, ou de son vivant.

4. Il pourra de même lever cet assignat par un simple acte de sa volonté.

5. Si un patron a assigné un affranchi à son fils qu'il a déshérité, la note de l'exhérédation ne porte aucun préjudice à l'enfant à l'égard du droit de patronage.

TITULUS IV.

DE ADSIGNANDIS LIBERTIS.

1. Ulpianus *lib. 14 ad Sabinum.*

SÉNATUSCONSULTO, quod factum est Claudianis temporibus, Veileio Rufo et Osterio Scapula consulibus, de assignandis libertis in hæc verba cavetur : *Si, qui duos pluresve liberos justis nuptiis quæsitos in potestate haberet, de liberto libertate sua significasset, cujus ex liberis suis eum libertum eamve libertam esse vellet : is eave, quandoque is, qui eum eamve manumisit inter vivos vel testamento, in civitate esse desiisset, solus ei patronus solave patrona esset : perinde, atque si ab eo eave libertatem consecutus consecutave est. Utique, si ex liberis quis in civitate esse desiisset, neque ei liberi ulli essent, cæteris ejus liberis, qui manumisit, perinde omnia jura serventur, ac si nihil de eo liberto eave liberta is parens significasset.*

Tempus et verba senatusconsulti.

§. 1. Quamvis singulari sermone senatusconsultum scriptum est : tamen et pluribus liberis, et plures libertos libertasve posse adsignari, certum est.

De numero liberarum et libertorum.

§. 2. Is quoque libertus, qui apud hostes est, adsignari potest.

De libertis qui est apud hostes.

§. 3. Adsignare autem quis potest quibuscunque verbis, vel nutu, vel testamento, vel codicillis, vel vivus.

Quibus modis assignatur.

§. 4. Adimere adsignationem etiam nulla voluntate poterit.

Vel assignatio adimitur.

§. 5. Sed et si exheredato filio libertum quis adsignaverit, valet adsignatio : nec nocet ei nota exheredationis, quantum ad jus patronatus.

De filio exheredato.

§. 6. Sed si post adsignationem fuerit exheredatus, non semper exhereditatio adimet adsignationem : nisi hoc animo facta sit.

Vel repudiante.

§. 7. Sed si is, cui adsignatus est, repudiaverit : puto verius, quod et Marcellus scripsit, posse admitti fratres ejus.

Si sit ex patrono filius unus, ex altero duo, et uni eorum libertus adsignatus est

§. 8. Si sit ex patrono filius unus, ex altero duo, et uni eorum libertus adsignatus est, videndum, quot partes fiant hereditatis liberti : utrum tres, ut duas habeat is cui adsignatus est, id est suam et fratris : an verò æquales partes fiant, quoniam per adsignationem alius excluditur ? Et Julianus libro septuagesimo quinto scripsit, magis esse, ut bessem hic habeat, qui fratrem excludit. Quod verum est, quandiu frater ejus vivat, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem : cæterum si fuerit capite minutus, æquales partes habebunt.

2. Pomponius lib. 4 Senatusconsultorum.

Si is cui adsignatus est, decedat relicto filio, et fratre et alterius patroni filio.

Sed si is, cui adsignassem, decessisset relicto filio, et fratre, et alterius patroni filio : semissem habiturum eum nepotem, quem esset filius meus is, qui vivit, habiturus, si ego eum libertum non adsignassem.

3. Ulpianus lib. 15 ad Sabinum.

De nepote patroni.

Idem erit dicendum, et si is qui filium et nepotem habebat, nepoti libertum adsignaverit : admittetur nepos ad legitimam hereditatem, licet sit alterius patroni filius. Et hoc contingit patrui vita. Cæterum, si ille non esset, nihil ei prodesset adsignatio ad deminuemum jus alterius patroni filii.

6. Si l'exhérédation a été faite depuis l'assignat de l'affranchi, elle ne détruira pas toujours cet assignat : il faut qu'elle ait été faite dans cette intention.

7. Si l'enfant à qui l'affranchi a été assigné renonce à ce bénéfice, je pense, avec Marcellus, que ses frères doivent être admis au droit de patronage.

8. Supposons qu'il reste un fils d'un patron, deux d'un autre, et que l'affranchi ait été assigné à l'un de ces deux derniers : en combien de portions partagera-t-on la succession de l'affranchi ? Sera-ce en trois portions, desquelles deux appartiendront à celui à qui l'affranchi aura été assigné, c'est-à-dire la sienne et celle de son frère ? ou bien sera-ce seulement en deux portions égales, par la raison que l'assignat de l'affranchi à l'un des frères exclut l'autre ? Julien au livre soixante-quinze du digeste, écrit qu'il est plus juste de donner à l'enfant qui exclut son frère les deux tiers dans la succession de l'affranchi. Ce sentiment est juste si on suppose ce frère vivant, et dans le cas de pouvoir être admis à l'hérédité légitime de l'affranchi ; mais si ce frère eût perdu les droits de la vie civile ou de la famille, la succession de l'affranchi se partageroit par égales portions.

2. Pomponius au liv. 4 des Sénatusconsultes.

Néanmoins si l'enfant à qui l'assignat a été fait étoit mort lui-même laissant un fils et son frère, et qu'il y eût d'ailleurs le fils d'un autre patron, le petit-fils du patron qui a assigné aura lui seul dans la succession de l'affranchi la moitié qu'auroit eue le fils qui a survécu, c'est-à-dire son oncle, si le père commun n'eût point fait un assignat particulier de l'affranchi.

3. Ulpian au liv. 15 sur Sabin.

Il faudra dire la même chose dans le cas où un patron ayant un fils et un petit-fils, aura assigné l'affranchi à ce petit-fils : le petit-fils sera admis à l'hérédité de l'affranchi, quoiqu'il y ait encore un fils d'un autre patron. Ceci aura lieu pendant la vie de son oncle. Mais si cet oncle n'existoit plus, l'assignat fait au petit-fils ne lui serviroit pas à l'effet de diminuer le droit du fils de l'autre patron.

1. Il est certain qu'un aïeul peut assigner son affranchi à son petit-fils, et que dans ce cas le petit-fils est préféré à son père.

2. C'est ce qui donne lieu à la question suivante : Si un patron a un fils et un petit-fils, ne pourroit-il point faire entre eux l'assignat de ses affranchis conformément à la disposition du sénatus-consulte, comme les ayant tous deux sous sa puissance? Comme il est certain que dans cette espèce l'aïeul peut assigner l'affranchi à celui qui doit retomber sous la puissance de son père, pourquoi n'entendrions-nous pas à ce cas la disposition du sénatus-consulte, puisqu'on ne peut pas nier qu'ils sont tous deux sous la puissance du patron qui fait l'assignat?

3. Mais ce petit-fils qui retombe sous la puissance de son père pourra-t-il être admis à l'hérédité légitime de l'affranchi? Et puisqu'il y a plusieurs cas où un enfant, quoique sous la puissance paternelle, peut avoir un affranchi, pourquoi n'admettroit-on pas qu'un père pourroit par l'intervention de cet enfant être admis à l'hérédité légitime de l'affranchi? Pomponius approuve avec raison ce sentiment. Les fils de famille peuvent avoir des affranchis : tel est celui qui auroit affranchi un esclave dépendant de son pécule castrense.

4. Je pense que les enfans, même émancipés, de celui à qui l'affranchi a été assigné par le patron jouissent du bénéfice du sénatus-consulte, non pas à l'effet d'être admis à l'hérédité légitime de l'affranchi, mais afin d'en tirer ce qu'ils pourront.

5. En conséquence, si l'affranchi étoit mort après avoir été lui-même institué héritier, comme ces émancipés ne peuvent point être admis à l'hérédité légitime, il faut voir si le fils qui est resté sous la puissance du patron qui a fait l'assignat doit être admis ou non? Et je pense que les enfans émancipés du fils à qui l'assignat a été fait seroient préférés par le préteur.

6. On entend ici par les enfans de celui à qui l'affranchi a été assigné, non-seulement ses fils, mais encore ses petits-fils et ses autres descendans.

7. Si un patron assigne un affranchi à deux enfans, et que l'un conserve les droits de la vie civile, l'autre les ayant perdus,

§. 1. Posse autem et nepoti adsignari certum est : et præferri filio nepotem adsignatoris, constat.

§. 2. Unde quæri poterit, an, si filium habeat, et ex eo nepotem, possit, quasi duos habeat in potestate, jus senatusconsulti inducere? In qua specie, cum placeat, etiam ei qui in potestatem recasurus est, adsignari : quare non admittimus, cum utrumque esse in potestate negare non possumus?

§. 3. An autem ad legitimam hereditatem admitti possit hic, qui est in potestate, tractari poterit? Et cum multi sint casus, quibus et libertum habere, qui in potestate est, possit: cur non hoc quoque admittendum sit, ut per eum pater ad legitimæ hereditatis admittatur emolumentum? Quod et Pomponio rectè videtur. Habent autem libertos etiam filii-familias : utputà si castrensem servum eorum quis manumiserit.

§. 4. Emancipatos quoque filios ejus, cui adsignatus est libertus, habere commodum senatusconsulti puto : non ut ad legitimam hereditatem admittantur, sed ad ea quæ possunt.

De liberis ejus
cui assignatus
est libertus.

§. 5. Secundum quod liberto instituto defuncto, quoniam ad legitimam hereditatem admitti non possunt, videndum, ne admittatur filius adsignatoris in familia remanens, an non? Et putem, emancipatos per prætorem præferendos.

§. 6. Liberos autem ejus, cui adsignatus est, accipere debemus, non solum filios, verumetiam nepotes, et nepotes, et deinceps descendentes.

§. 7. Si quis duobus adsignaverit libertum, et alter in civitate esse sine liberis desierit, alter non;

Si quibus assignetur.

4. *Pomponius lib. 4 Senatusconsultorum.*

Vel vivus noluerit ad se hereditatem liberti pertinere:

5. *Ulpianus lib. 14 ad Sabinum.*

Utrum portio ejus, qui in civitate esse desiit, vel repudiavit, in familiam redeat: an verò ei potius ad crescat, in cujus persona durat adsignatio? Et Julianus libro septuagesimo quinto scripsit, adsignationem in hujus solius persona locum habere, et solum admittendum. Quod est verum.

§. 1. Quòd si non sine liberis decesserit, an cum vivo admittantur? Et putat adhuc solum admittendum: defuncto autem eò, liberos alterius succedere; non in familiam libertum redire.

§. 2. Sed si ex duobus istis alter filios, alter nepotes reliquerit, an simul ad legitimam hereditatem admittantur? Et putat, ordinem inter eos faciendum.

6. *Marcianus lib. 7 Institutionum.*

De servo legato qui habet vim adsignationis.

Si servus liber jussus esse fuerit, et filio legatus, deinde vivus testator eum manumiserit: ad filium libertus quasi adsignatus pertinet. Hoc ita est, sive expressum est, vel certè intellexit, non quasi servum eum legasse, sed quasi libertum adsignasse.

7. *Scævola lib. 2 Regularum.*

Quibus modis assignatur. De jure et effectu assignationis.

Adsignare et purè, et sub conditione, et per epistolam, vel testationem, vel chirographum possumus: quia adsignatio liberti, neque quasi legatum, neque quasi fideicommissum percipitur. Denique nec fideicommissum onerari potest.

8. *Modestinus lib. 7 Differentiarum.*

An liberi ma-

Liberi patroni, quanquam et ipsi in plerisque

4. *Pomponius au liv. 4 des Sénatusconsultes.*

Ou l'autre de son vivant ayant renoncé à l'hérédité de l'affranchi,

5. *Ulpien au liv. 14 sur Sabin.*

La portion de l'enfant qui aura perdu la vie civile ou qui aura répudié de son vivant, retournera-t-elle à la famille, ou accroîtra-t-elle plutôt à l'enfant dans la personne duquel l'assignat continue? Julien écrit au livre soixante-quinze, qu'elle accroîtra à l'enfant dans la personne duquel l'assignat continue, et qu'il doit être admis seul à cette hérédité. Ce qui est vrai.

1. Si l'un des deux enfans étoit mort, mais laissant des enfans, ces enfans seroient-ils admis avec celui qui auroit survécu? Julien pense encore que l'enfant qui a survécu doit être seul admis, mais qu'après sa mort ce sont les enfans de l'autre qui succéderont à l'affranchi, et que ce droit ne retournera pas à la famille.

2. Cependant si de ces deux enfans à qui l'affranchi a été assigné l'un est mort laissant des enfans, et l'autre laissant des petits-fils, seront-ils admis tous concurremment à l'hérédité légitime de l'affranchi? Je pense qu'on doit suivre entre eux l'ordre des degrés.

6. *Marcien au liv. 7 des Institutes.*

Un maître a affranchi son esclave par testament, ensuite il l'a légué à son fils, et depuis il l'a affranchi de son vivant. Cet esclave affranchi appartient au fils, comme lui étant assigné. Ceci a lieu quand même le testateur n'auroit point exprimé qu'il ne le lui léguoit pas comme esclave, mais comme affranchi, pourvu que telle ait été son intention.

7. *Scévola au liv. 2 des Règles.*

On peut faire l'assignat d'un esclave purement et sous condition, par lettre, devant témoins, ou par un billet signé, parce que l'assignat d'un affranchi ne se prend ni comme legs ni comme fideicommiss. On ne peut pas non plus charger l'assignat d'un affranchi d'un fideicommiss.

8. *Modestin au liv. 7 des Différences.*

Quoique les enfans du patron aient en bien

bien des points les mêmes droits que celui même qui a affranchi, cependant ils ne peuvent point faire à un de leurs enfans l'assignat de l'affranchi de leur père, quand même cet affranchi leur auroit été assigné en particulier par leur père. C'est le sentiment de Julien et de Marcellus.

9. *Le même au liv. 9 des Pandectes.*

On n'est point d'accord sur la question de savoir si le patron peut indifféremment assigner un affranchi à son fils émancipé ou à celui qu'il a sous sa puissance, dans le cas où il auroit d'ailleurs au moins deux enfans sous sa puissance. Il est plus probable qu'il le peut faire.

10. *Térentius-Clémens au liv. 12 sur la Loi Julia et Papia.*

Lorsqu'un affranchi a été assigné conditionnellement, ou que l'assignat ne doit commencer à avoir son effet que dans un certain temps, tout sera réglé dans l'intervalle comme si l'affranchi n'eût point été assigné. Ainsi, si l'affranchi meurt pendant cet intervalle, sa succession appartiendra en commun à tous les enfans, tant par le droit civil que par le droit prétorien.

1. Si le patron a assigné l'affranchi à un de ses enfans purement, à l'autre sous condition, celui à qui il a été assigné purement jouira seul du droit de patron tant que la condition ne sera pas arrivée.

11. *Papinien au liv. 14 des Réponses.*

J'ai répondu que des affranchis attribués par le père à quelques-uns de ses enfans, qu'il a chargés de leur procurer des alimens, n'étoient point censés être des affranchis assignés en leur faveur; parce que le patron a voulu par-là faire du bien à ses affranchis, afin qu'ils pussent jouir plus aisément de sa libéralité, sans pour cela déroger au droit commun.

12. *Pomponius au liv. 2 des Lettres.*

Si de deux patrons, l'un assigne l'affranchi à son fils, l'autre patron n'en conserve pas moins son droit entier.

plerisque causis manumissoris jure censentur, tamen paternum libertum liberis suis adsignare non poterunt, etiamsi eis à parente fuerit adsignatus. Idque et Julianus, et Marcellus probant.

numissoris assignare possint.

9. *Idem lib. 9 Pandectarum.*

Utrum ei tantum, qui in potestate sit, an etiam emancipato filio adsignare libertum patronus possit, si modò non pauciores quàm duos præterea in potestate habeat, dubitari solet? Et magis est posse.

De filio emancipato.

10. *Terentius Clemens lib. 12 ad Legem Juliam et Papiam.*

Sub conditione vel in diem libertò adsignato, interim, pendente die vel conditione, omnia perinde observabuntur, ac si adsignatus non esset. Itaque mortuo eo interim, ad omnes liberos hereditas et honorum possessio pertinebit.

De assignatione sub condit one vel in diem.

§. 1. Si uni purè, alii sub conditione libertus adsignatus sit: eum, cui purè adsignatus sit, pendente conditione solum patroni jus habere dicendum est.

De duobus assignationibus, pura et conditionali.

11. *Papinianus lib. 14 Responsorum.*

Alimentorum causa libertos filiis attributos, filiis adsignatos non videri respondi: cum ea ratione libertis consuli patronus voluerit, quò facilius voluntatis emolumentum consequantur, salvo jure communi.

De alimentis.

12. *Pomponius lib. 2 Epistolarum.*

Si ex duobus patronis alter eorum filio suo libertum adsignaverit, non obstat, quo minus alter patronus jus solidum suum haberet.

De duobus patronis.

13. *Idem lib. 4 Senatusconsultorum.*

De manumissione et assignatione eodem testamento factis.
De posthumis.

Testamento potest quis et servum manumittere, et eundem ut libertum adsignare.

§. 1. De liberis, qui sunt in potestate, senatus locutus est. Ergo de posthumis nihil hoc senatusconsulto provisum est? Magis tamen puto, etiam postumos contineri.

Si quis ex liberis in civitate esse desiderit.

§. 2. Quod inquit senatus, si ex liberis quis in civitate esse desiderit, eum significat, qui in perpetuum in civitate esse desiderit, non etiam si quis ab hostibus captus reverti possit.

De assignatione ex die, vel in diem.

§. 3. Ex die quoque certa adsignari potest: sed usque in diem certum vix potest; nam ipse senatus huic negotio finem præposuit.

TITULUS V.

SI QUID IN FRAUDEM

PATRONI FACTUM SIT.

1. *Ulpianus lib. 44 ad Edictum.*

Summa.

SI quid dolo malo liberti factum esse dicetur (sive testamento facto, sive intestato libertus decesserit), quominus quam pars debita honorum, ad eorum quem perveniat, qui contra tabulas bonorum possessionem accipere possunt: cognoscit prætor, et operam dat, ne ea res ei fraudi sit.

De dolo. De mortis causa vel aliter facta donatione De legato.

§. 1. Si alienatio dolo malo facta sit, non quærimus, utrum mortis causa facta sit, an non sit: omni enim modo revocatur. Si verò non sit dolo malo facta, sed aliàs: tunc actori probandum erit, mortis causa factam alienationem. Si enim proponas, mortis causa factam alienationem, non quærimus, utrum dolo malo facta sit, an non sit. Sufficit enim docere, mortis causa factam. Nec immerito: mortis causa enim donationes comparantur legatis: et sicut in legatis non quærimus, dolo malo factum sit, an

13. *Le même au liv. 4 des Sénatusconsultes.*

Un testateur peut affranchir son esclave dans le même testament, et l'assigner à un de ses enfans en particulier.

1. Le sénatus-consulte parle des enfans qui sont sous la puissance du patron. Faut-il en conclure qu'il n'a pas eu en vue les posthumes? Je pense que sous ce nom il faut comprendre aussi les posthumes.

2. Lorsque le sénatus-consulte dit, si quelqu'un des enfans perd les droits de citoyen, il faut entendre ces paroles de ceux qui les perdent pour toujours, et non de celui qui étant prisonnier chez les ennemis a l'espérance du retour.

3. On peut aussi faire l'assignat d'un affranchi pour ne commencer que dans un certain temps, mais on ne peut guères le faire pour ne durer qu'un certain temps; parce que le sénatus-consulte fixe lui-même le temps que doit durer cet assignat.

TITRE V.

DES ALIÉNATIONS FAITES

PAR L'AFFRANCHI

En fraude de son patron.

1. *Ulpien au liv. 44 sur l'Edit.*

SI l'affranchi qui est mort avec un testament ou *ab intestat*, a fait quelque disposition frauduleuse de ses biens, à l'effet d'empêcher que ceux qui ont un droit légitime sur sa succession pussent en profiter, le préteur en prend connoissance et a soin que le patron ne souffre aucun préjudice de cette fraude.

1. Lorsqu'il s'agit d'une aliénation frauduleuse, on n'examine pas si elle est faite à cause de mort ou autrement; elle est révoquée de quelque manière qu'elle ait été faite. Néanmoins, si l'aliénation n'est point faite dans le dessein de frauder le patron, mais dans quelqu'autre intention, c'est au demandeur à prouver que cette aliénation est en effet une disposition à cause de mort. Car, si on suppose que cette aliénation soit une disposition à cause de mort, alors on n'examine plus si elle a été faite ou non dans le dessein de frauder le patron; il

suffit de faire voir que c'est une disposition à cause de mort. Ce qui est en effet très-juste : car les donations à cause de mort étant comparées aux legs, et les legs faits par l'affranchi ne laissant plus lieu à la question de savoir s'il y a eu fraude ou non, il en doit être de même par rapport aux donations à cause de mort.

2. Les donations à cause de mort faites par un affranchi à son fils ne sont point révoquées. En effet cet affranchi étant le maître de faire à son fils un legs aussi considérable qu'il voudra, il ne peut pas être censé faire une donation à ce même fils en fraude de son patron.

3. On révoque généralement tout ce qui a été fait en fraude du patron.

4. Nous entendons l'esprit de fraude et de mauvaise foi relativement à celui qui fait l'aliénation, et non point relativement à celui au profit de qui elle est faite : d'où il arrive que l'acquéreur sera privé de la chose aliénée en fraude du patron, quand même il n'auroit point été participant de cette fraude, quand il auroit même ignoré que celui qui aliénoit fût de la condition des affranchis, et qu'il eût eu des raisons de croire qu'il étoit ingénu, c'est-à-dire libre de naissance.

5. L'action Favienne par laquelle on fait révoquer les aliénations faites en fraude du patron n'est pas accordée au patron contre un autre patron qui aura renoncé à la succession prétorienne de l'affranchi pour s'en tenir à une donation qu'il lui avoit faite, en supposant que la donation n'excède point la légitime qui devoit revenir à ce patron dans la succession de l'affranchi. Ainsi, si ce patron a reçu de son affranchi une donation à cause de mort, son copatron en aura sa part, de même que si un des patrons avoit reçu un legs de l'affranchi.

6. L'action Favienne n'a-t-elle lieu que pour faire révoquer ce que l'affranchi auroit détaché de son patrimoine ? ou peut-on s'en servir également par rapport aux occasions que l'affranchi auroit eues de l'augmenter, et qu'il auroit négligées en fraude de son patron ? Julien écrit au livre vingt-six du digeste, que l'action Favienne n'a pas lieu si l'affranchi, dans l'intention de frauder son patron, a renoncé à une succession ou à un legs qui lui étoit laissé. Ce qui me

non sit : ita nec in mortis causa donationibus.

§. 2. Quod autem mortis causa filio donatum est, non revocatur. Nam cui liberum fuit legare filio quantum vellet, is donando non videtur fraudasse patronum.

De eo quod donatum, vel legatum est filio patroni.

§. 3. Omne autem, quodcumque in fraudem patroni gestum est, revocatur.

De omni gesto.

§. 4. Dolum accipere nos oportet ejus qui alienavit, non ejus, cui alienatum est : et ita evenit, ut qui fraudis vel doli conscius non fuit, carere debeat re in fraudem patroni alienata, etsi putavit ingenuum, nec credidit libertinum.

De dolo alienantis vel accipientis.

§. 5. Adversus compatronum, qui contra tabulas bonorum possessionem omisit, Faviana non competit, si non plus sit in eo quod donatum est, quam pars debita patrono. Quare si mortis causa ei donatum sit, partem faciet compatrono, quemadmodum legatarius patronus facit.

Si uni ex patronis donatum sit.

§. 6. Utrum autem ad ea sola revocanda Faviana pertinet, quæ quis libertus de bonis deminuit, an etiam ad ea quæ non adquisiit, videndum est ? Et ait Julianus libro vicesimosexto digestorum, si hereditatem libertus non adierit fraudandi patroni causa, vel legatum repulerit, Favianam cessare. Quod mihi videtur verum. Quamvis enim legatum retrò nostrum sit, nisi repudiatur : attamen cum repudiatur, retrò nostrum non

De acquisitione omisa.

fuisse palàm est. In cæteris quoque liberalitatibus, quas non admisit is libertus, cui quis donatum voluit, idem erit probandum, Favianam cessare. Sufficit enim patrono, si nihil de suo in necem ejus libertus alienavit : non si non adquisiit. Proinde et si cum sub conditione ei legatum esset, id egit ne conditio existeret ; vel si sub conditione stipulatus fuerit, maluit deficere conditionem : dicendum est, Favianam cessare.

De eo qui in lite vinci voluit.

§. 7. Quid si in lite vinci voluit ? Si quidem condemnatus est data opera, vel in jure confessus : dicendum erit, Favianam locum habere. Quòd si voluit obtinere, cum peteret, hic videndum. Et puto, hunc diminuisse de patrimonio : actionem enim bonis diminuit, quemadmodum si passus esset actionis diem abire.

De actione coisssa

§. 8. Sed si (putà) querelam inofficiosi quam potuit, vel quam aliam, fortè injuriarum, vel similem instituere noluit, non potest patronus ob eam rem Faviana experiri.

De transactione.

§. 9. At si transegit in fraudem patroni, poterit patronus Faviana uti.

De donatione.

§. 10. Sed si libertus filiam dotavit, hoc ipso quod dotavit, non videtur fraudare patronum : quia pietas patris non est reprehendenda.

De pluribus donatariis.

§. 11. Si pluribus in fraudem libertus donaverit, vel pluribus mortis causa : æqualiter patronus adversus omnes, in partem sibi debitam, sive Faviana sive Calvisiana experietur.

De venditione, emptione, locatione, conductione, permutatione.

§. 12. Si quis in fraudem patronorum rem vendiderit, vel locaverit, vel permutaverit : quate sit arbitrium judicis, videamus. Et in re quidem distracta de-

paròit juste. Car, quoiqu'il soit vrai de dire qu'un legs est censé avoir appartenu au légataire dès le moment de la mort du testateur lorsqu'il prend le parti d'accepter ce legs, cependant lorsqu'il prend le parti d'y renoncer le legs n'est jamais censé avoir été à lui. Il faut dire la même chose par rapport aux autres libéralités qu'on pourroit avoir faites à l'affranchi, et que celui-ci auroit refusées. Ainsi, si l'affranchi ayant reçu un legs conditionnel a empêché que la condition n'arrivât, ou si ayant stipulé une chose à son profit sous une certaine condition il a mieux aimé laisser échapper cette condition, l'action Favienne n'aura pas lieu.

patre consentiente, possessionem adgnovit. Quamvis per conditionem testamento datam, quod in patris potestate manserit, ab hereditate sit exclusus: tamen utiliter possessionem adgnovisse videbitur. Nec in edicti sententiam incidet, quoniam possessionem secundum tabulas non adgnovit, cum inde rem habere non poterit, nec in filii potestate conditio fuerit, nec facile pater emancipare filium cogi poterit.

causa testamenti, ab intestato possideat.

9. *Paulus lib. 11 Responsorum.*

Si posteaquam filius emancipatus bonorum possessionem patris petiit, statum suum mutavit: nihil obesse ei, quominus id quod adquisiit, retineat. Quod si prius conditionem suam mutavit, bonorum possessionem eum petere non posse.

De capitis diminutione.

TITULUS VII.

UNDE LEGITIMI.

1. *Julianus lib. 27 Digestorum.*

HÆC verba edicti, *Tum quem ei heredem esse oporteret, si intestatus mortuus esset*, *πρωτατικῶς*, id est, *largè et cum extensione*, et cum quodam temporis spatio accipiuntur: non ad mortis testatoris tempus referuntur, sed ad id, quo bonorum possessio peteretur. Et ideò legitimus heredem, si capite diminutus esset, ab hac bonorum possessione summoverti, palàm est.

Quo tempore spectatur jus legitimi heredis.

2. *Ulpianus lib. 46 ad Edictum.*

Si repudiarint sui ab intestato bonorum.

Si sui repudiarint.

rum possessionem, adhuc dicemus, obstare eos legitimis, hoc est, his quibus legitima potuit deferri hereditas. Idcirco, quia repudiando quasi liberi honorum possessionem, hanc incipiunt habere quasi legitimi.

De sexu et statu defuncti.

§. 1. Hæc autem bonorum possessio non tantum masculorum defertur, verum etiam foeminarum, nec tantum ingenuorum, verum etiam libertinorum. Communis est igitur pluribus. Nam et foeminae possunt vel consanguineos vel adgnatos habere: item libertini possunt patronos patronasque habere.

De sexu successoris.

§. 2. Nec tantum masculi hanc bonorum possessionem accipere possunt, verum etiam foeminae.

Si status defuncti incertus sit.

§. 3. Si quis decesserit, de quo incertum est, utrum paterfamilias, an filiusfamilias sit, quia pater ejus ab hostibus captus adhuc vivat, vel quod alia causa suspendebat ejus statum: magis est, ne possit peti bonorum ejus possessio: quia nondum intestatum eum esse apparet, cum incertum sit an testari possit. Cum igitur coeperit certi status esse, tunc demum petenda est bonorum possessio: non cum certum esse coeperit intestatum esse, sed cum certum esse coeperit patremfamilias esse.

De his qui lege vel senatusconsulto vocantur ad hereditatem vel bonorum possessionem.

§. 4. Hæc autem bonorum possessio omnem vocat, qui ab intestato potuit esse heres, sive lex duodecim tabularum eum legitimum heredem faciat, sive alia lex, senatusve consultum. Denique mater, quæ ex senatusconsulto venit Tertulliano, item qui ex Orphitiano ad legitimam hereditatem admittuntur, hanc bonorum possessionem petere possunt.

cession prétorienne *ab intestat*, ils font encore obstacle aux agnats, c'est-à-dire à ceux à qui la succession légitime a pu être déferée. La raison est, parce qu'en renouçant à la succession prétorienne comme enfans, ils commencent à y être appelés comme agnats.

1. L'espèce de succession prétorienne dont il s'agit ici a lieu non-seulement par rapport au patrimoine des mâles, mais encore par rapport à celui des femmes, non-seulement par rapport aux biens des ingénus ou libres de naissance, mais encore par rapport à ceux des affranchis. Elle est par conséquent commune à plusieurs personnes. Car les femmes peuvent avoir des personnes de leur sexe et des agnats; les affranchis peuvent aussi avoir des héritiers légitimes, savoir leurs patrons et patronnes.

2. Les femmes sont appelées, aussi bien que les mâles, à cette espèce de succession prétorienne.

3. Si un particulier meurt sans qu'on sache s'il est père ou fils de famille, à cause que son père, prisonnier chez les ennemis, est encore vivant, ou pour quelque autre raison qui tient son état en suspens, il est plus à propos de décider qu'on ne pourra point demander la succession prétorienne dans ses biens; parce qu'on n'est pas sûr qu'il soit mort *intestat*, puisqu'on ne sait pas s'il a eu la faculté de tester. Cette succession prétorienne ne pourra donc être demandée que lorsque l'état du défunt sera décidé, non du moment qu'il sera sûr qu'il est mort *intestat*, mais lorsqu'il sera sûr qu'il est mort père de famille.

4. Cette espèce de succession prétorienne a lieu en faveur de quiconque peut être héritier du défunt *ab intestat*, soit qu'il tienne cette capacité de la loi des douze tables, soit qu'il la tienne d'une autre loi particulière ou d'un sénatus-consulte. Enfin la mère qui vient à la succession de ses enfans en vertu du sénatus-consulte Tertullien, les enfans qui viennent à la succession de leur mère en vertu du sénatus-consulte Orphitien, peuvent demander l'espèce de succession prétorienne dont il s'agit ici.

3. *Paulus lib. 43 ad Edictum.*
Generaliter igitur sciendum est, quo-

3. *Paul au liv. 43 sur l'Edit.*
Il faut donc observer que toutes les fois

qu'une loi particulière ou un sénatus-consulte défère à quelqu'un une hérédité civile, sans parler de la succession prétorienne, c'est à ce chef de notre édit qu'il faut avoir recours pour la demander. Si la loi fait aussi mention de la succession prétorienne, on peut la demander indifféremment ou en vertu du chef de l'édit que nous expliquons, ou en vertu d'un autre chef de l'édit porté en faveur de ceux qui sont appelés à une succession par des lois particulières.

4. Julien au liv. 27 du Digeste.

Si de deux frères l'un meurt avec un testament fait légitimement, et que pendant que son héritier institué délibère, l'autre frère meurt *intestat*, l'héritier institué par le premier frère renonçant à la succession, l'oncle paternel de ces frères aura l'hérédité légitime des deux; parce que ces termes de l'édit, celui qui doit être héritier, sont relatifs au temps où la succession prétorienne *ab intestat* commence à pouvoir être demandée.

5. Modestin au liv. 3 des Pandectes.

Il y a cette différence entre les agnats et les cognats, que les agnats comprennent les cognats, mais non pas réciproquement: par exemple le frère du père, autrement l'oncle paternel est en même temps agnat et cognat; le frère de la mère, autrement l'oncle maternel est cognat, mais il n'est point agnat.

1. Tant qu'on espère que le défunt aura un héritier sien, les collatéraux ne peuvent pas se présenter: par exemple si la femme du défunt est enceinte, ou si le fils du défunt est sous la puissance des ennemis.

6. Hermogénien au liv. 3 de l'abrégé du Droit.

Les enfans nés depuis la mort de leur père ou depuis qu'il a perdu la liberté ou la vie civile, aussi bien que ceux qui étoient sous sa puissance lorsqu'il a perdu la liberté ou la vie civile, ont entre eux les liens du sang, quoiqu'ils n'aient pas succédé à leur père, comme sont les enfans déshérités.

tiescunque vel lex, vel senatus defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac parte eam peti oportere. Cùm verò etiam bonorum possessionem dari jubet, tum ex illa parte, qua ex legibus peti debere: sed et ex hac parte poterit.

4. Julianus lib. 27 Digestorum.

Si ex duobus fratribus alter decesserit testamento jure facto, dein deliberante herede alter quoque intestato decesserit, et scriptus heres omiserit hereditatem, patruus legitimam hereditatem habebit: nam hæc bonorum possessio, *tum quem heredem esse oportet*, ad id tempus refertur, quo primùm ab intestato bonorum possessio peti potuisset.

Quo tempore spectatur jus legitimi heredis.

5. Modestinus lib. 3 Pandectarum.

Inter adgnatos et cognatos hoc interest, quod in adgnatis et cognati continentur, in cognatis non utique et adgnati: verbi gratia, patris frater, id est patruus, et adgnatus est et cognatus: matris autem frater, id est, avunculus, cognatus est, adgnatus non est.

Differentia adgnatorum et cognatorum.

§. 1. Quandiu spes est, suum heredem aliquem defuncto existere, tandiù consanguineis locus non est: putà si defuncti uxor prægnans sit, aut defuncti filius apud hostes sit.

Si spes sit sui heredis.

6. Hermogenianus lib. 3 Juris epitomarum.

Nati post mortem patris, vel post captivitatem, sive deportationem: sed et hi qui tempore, quo capiebatur vel deportabatur pater, in potestate fuerunt, jus inter se consanguinitatis habent, etsi heredes patri non extiterint, sicuti exheredati.

De jure consanguinitatis.

TITULUS VIII.

UNDE COGNATI.

1. *Ulpianus lib. 46 ad Edictum.*

Summa.

HÆC bonorum possessio nudam habet prætoris indulgentiam, neque ex jure civili originem habet. Nam eos invitat ad bonorum possessionem, qui jure civili ad successionem admitti non possunt, id est cognatos.

Cognati etymologia.

§. 1. Cognati autem appellati sunt, quasi ex uno nati, aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint.

De servili cognitione.

§. 2. Pertinet autem hæc lex ad cognationes non serviles. Nec enim facile ulla servilis videtur esse cognatio.

De gradu.

§. 3. Hæc autem bonorum possessio, quæ ex hac parte edicti datur, cognatorum gradus sex complectitur, et ex septimo duas personas, sobrino et sobrina natum et natam.

De adoptione.

§. 4. Cognationem facit etiam adoptio. Etenim quibus fiet adgnatus hic, qui adoptatus est, iisdem etiam cognatus fiet: nam ubicunque de cognatis agitur, ibi sic accipiemus, ut etiam adoptione cognati facti contineantur. Evenit igitur, ut is qui in adoptionem datus est, tam in familia naturalis patris jura cognationis retineat, quam in familia adoptiva nanciscatur: sed eorum tantum cognationem in adoptiva familia nanciscetur, quibus fit adgnatus: in naturali autem omnium retinebit.

Proximitas quomodo.

§. 5. Proximus autem accipietur etiam is, qui solus est: quamvis propriè proximus ex pluribus dicitur.

Et que tempore accipitur.

§. 6. Proximum accipere nos oportet eo tempore quo bonorum possessio defertur.

TITRE VIII.

DE LA SUCCESSION PRÉTORIENNE

DÉFÉRÉE AB INTESTAT AUX COGNATS.

1. *Ulpien au liv. 46 sur l'Edit.*

L'ESPÈCE de succession prétorienne dont il s'agit ici, est absolument fondée sur l'indulgence du préteur, et ne tire point son origine du droit civil. Car le préteur appelle ici à la succession prétorienne des personnes qui ne sont point du tout appelées à la succession civile, c'est-à-dire des cognats.

1. On a appelé certaines personnes cognats, c'est-à-dire ayant une même naissance, ou, comme dit Labéon, ayant une commune origine.

2. Cet édit a pour objet les parentés qui n'ont point été contractées dans la servitude. Car il est difficile de concevoir une véritable parenté entre des esclaves.

3. La succession prétorienne dont il s'agit dans le chef de l'édit que nous expliquons ici, comprend six degrés de cognats, et dans le septième deux personnes, savoir deux cousins issus de germain, enfans d'un cousin et d'une cousine germaine.

4. L'adoption forme aussi une espèce de parenté. En effet le fils adoptif devient cognat des mêmes personnes dont il devient agnat; et toutes les fois qu'on traite des droits des cognats, il faut toujours y comprendre ceux qui sont devenus tels par l'adoption. Par conséquent celui qui passe dans une famille adoptive conserve les droits de cognation dans la famille de son père naturel, et il les acquiert dans la famille de son père adoptif; mais avec cette différence qu'il conserve dans sa famille naturelle les droits de cognation avec tous ses parens, au lieu qu'il ne les acquiert dans la famille adoptive qu'avec ceux dont il devient agnat.

5. Par le plus proche des cognats on entend aussi celui qui est seul, quoiqu'à proprement parler le plus proche s'entende par comparaison avec plusieurs.

6. Il faut considérer cette qualité de plus proche dans les cognats au temps où la succession prétorienne leur est déférée.

7. Ainsi, si le plus proche des cognats vient à mourir pendant que les héritiers écrits délibèrent, le cognat suivant sera admis comme le plus proche, c'est-à-dire quiconque se trouvera alors être le plus proche.

8. Si on attend la naissance d'un cognat qui doit être plus proche que ceux qui existent, il fait obstacle à ceux qui sont après lui. Mais si cet enfant dont on attend la naissance ne vient point au monde, on admettra le cognat qui étoit le premier après lui. Ceci cependant ne pourra avoir lieu qu'autant que l'enfant qu'on suppose dans le sein de sa mère aura été conçu du vivant de celui de la succession duquel il s'agit. Car s'il n'a été conçu que depuis sa mort, il ne fera point d'obstacle à d'autre, et ne sera pas lui-même admis à la succession; parce qu'on ne peut pas dire qu'il ait été plus proche cognat d'un homme du vivant duquel il n'étoit pas même un être.

9. Si une femme meurt étant enceinte, et qu'on lui fasse l'opération après sa mort pour tirer l'enfant de son sein, cet enfant est dans le cas d'être admis à la succession prétorienne de sa mère comme étant le plus proche cognat. Mais depuis le sénatus-consulte Orphitien, il pourra la demander même dans la classe des héritiers légitimes, parce qu'il étoit dans son sein au temps de la mort.

10. Les cognats sont admis à la succession prétorienne par degré; en sorte que ceux qui sont dans le premier degré sont tous admis ensemble.

11. Si un cognat étoit au temps de la mort de celui de la succession duquel il s'agit sous la puissance des ennemis, il n'en sera pas moins admis à la succession prétorienne.

2. *Gaius au liv. 16 sur l'Édit provincial.*

Par ce chef de l'édit, le proconsul, déterminé par une raison d'équité naturelle, promet la succession prétorienne à tous ceux qui sont appelés à l'hérédité à cause des liens du sang qui les unissoit au défunt, quoique, suivant le droit civil, ils ne dussent pas être admis. Ainsi les enfans bâtards et leur mère naturelle, aussi bien que les frères bâtards, peuvent demander réciproquement cette succession prétorienne, par la raison qu'ils sont cognats entre eux. Il y a plus,

§. 7. Si quis igitur proximus cognatus, dum heredes scripti deliberant, diem suum obierit, sequens quasi proximus admittetur: hoc est, quicumque fuerit tum deprehensus proximum locum obtinens.

§. 8. Si quis proximior cognatus nasci speretur, in ea conditione est, ut dici debeat obstare eum sequentibus. Sed ubi natus non est, admitteremus eum, qui post ventrem proximus videbatur. Sed hoc ita demum erit accipiendum, si hic, qui in utero esse dicitur, vivo eo, de cujus bonorum possessione agitur, fuit conceptus. Nam si post mortem, neque obstat alii, neque ipse admittetur: quia non fuit proximus cognatus ei, quo vivo nondum animal fuerit.

De concepto ante, vel post mortem ejus, de cujus bonorum possessione agitur.

§. 9. Si qua prægnans decesserit, et utero exsecto partus sit editus: in ea conditione est partus iste, ut matris suæ accipere bonorum possessionem possit unde proximi cognati. Sed post senatusconsultum Orphitianum, et unde legitimi petere poterit: quia mortis tempore in utero fuit.

De eo qui exsecto utero editus est.

§. 10. Gradatim autem admittuntur cognati ad bonorum possessionem, ut qui sunt primo gradu, omnes simul admittuntur.

De gradu.

§. 11. Si quis apud hostes fuerit mortis tempore ejus, de cujus bonorum possessione quæritur, dicendum est bonorum possessionem peti ab eo posse.

De postliminio.

2. *Gaius lib. 16 ad Edictum provinciale.*

Hac parte proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet jure civili deficiant. Itaque etiam vulgò quæsi liberi matris, et mater talium liberorum, item ipsi fratres inter se, ex parte bonorum possessionem petere possunt: quia sunt invicem sibi cognati. Usque adeo ut prægnans quoque manumissa si pepererit, et is qui natus est matri, et mater ipsi, et

Ratio et summa edicti. (De vulgo quæsiis, et prægnante manumissa.)

inter se quoque qui nascuntur, cognati sint.

une esclave enceinte, qui accouche après avoir été affranchie, l'enfant dont elle accouche et les enfans qui naissent d'elle après sont tous cognats entre eux.

3. *Julianus lib. 27 Digestorum.*

De capitis deminutione.

Capitis deminutione perimuntur cognationes, quæ ei per adoptionem acquisitæ sunt. Igitur si post mortem, verbi gratia, fratris adoptivi intra centesimum diem adoptivus frater capite deminutus fuerit : bonorum possessionem accipere non poterit, quæ proximitatis nomine fratri defertur. Prætozem enim non solum mortis tempus, sed etiam id, quo bonorum possessio petitur, intueri palam est.

3. *Julien au liv. 27 du Digeste.*

Les droits de cognation acquis à un enfant adoptif par l'adoption s'éteignent par son changement d'état. Ainsi, par exemple, si dans les cent jours de la mort de son frère adoptif, le fils adoptif change d'état, il ne peut plus demander la succession prétorienne de son frère adoptif, qui lui auroit auparavant été déférée comme à un frère et à raison de la proximité. Car il est évident que le préteur fait attention non-seulement au temps de la mort, mais encore à celui duquel on lui demande la succession prétorienne.

4. *Ulpianus lib. 6 Regularum.*

De spurio.

Si spurius intestatò decesserit, jure consanguinitatis aut adgnationis hereditas ejus ad nullum pertinet : quia consanguinitatis, itemque adgnationis jura à patre oriuntur. Proximitatis autem nomine, mater ejus, aut frater eadem matre natus, bonorum possessionem ejus ex edicto petere potest.

4. *Ulpien au liv. 6 des Règles.*

Lorsqu'un bâtard meurt *intestat*, son hérité n'appartient à personne par droit de consanguinité ou d'agnation, parce que ces deux droits viennent toujours du père. Mais, à raison de la proximité, sa mère, ou son frère né de la même mère, sont admis à sa succession en vertu du chef de l'édit que nous expliquons.

5. *Pomponius lib. 4 ad Sabinum.*

De capitis deminutione.

Legitimis capite diminutis non datur bonorum possessio, jure heredis legitimi : quia non eadem causa eorum est, quæ liberorum : sed gradu cognatorum rursus vocantur.

5. *Pomponius au liv. 4 sur Sabin.*

Lorsque les héritiers légitimes ont souffert quelque changement dans leur état, ils ne sont plus admis à la succession prétorienne à titre d'héritiers légitimes, parce qu'ils ne sont pas dans le même cas que les enfans, qui en perdant la qualité de siens restent toujours agnats ; mais ces héritiers viennent alors comme cognats.

6. *Ulpianus lib. 45 ad Edictum.*

De accusatione.

Cognatis accusatio nihil obest ad successionem, si accusaverint cognatos suos.

6. *Ulpien au liv. 45 sur l'Édit.*

Les accusations criminelles intentées par des cognats les uns contre les autres ne les empêchent pas de se succéder.

7. *Modestinus lib. 6 Regularum.*

De servitute et manumissione.

Is qui aliqua ratione servus factus est, manumissione nulla ratione recipit cognationem.

7. *Modestin au liv. 6 des Règles.*

Celui qui étant devenu esclave de quelque manière que ce soit, est parvenu depuis à la liberté par l'affranchissement, ne recouvre jamais les droits de cognation qu'il a perdus.

8. *Le même au liv. 14 des Réponses.*

Modestin a répondu que des petits-fils, quoique bâtards, n'en étoient pas moins admis à la succession *ab intestat* de leur aieule maternelle.

9. *Papinien au liv. 6 des Réponses.*

La succession prétorienne est déferée à l'agnat même du huitième degré dans la classe des héritiers légitimes, quoiqu'il n'ait pas été véritablement héritier civil; mais elle ne lui est pas déferée comme au plus proche cognat, quand même il auroit été véritablement héritier.

1. Un neveu, institué héritier en partie par son oncle paternel, soutint que cet oncle étoit sourd, et que par cette raison il n'avoit point pu faire de testament; il a demandé la succession prétorienne *ab intestat* comme étant le plus proche cognat du défunt. On a décidé que le temps pour demander cette succession commenceroit à courir à son égard du temps de la mort, n'étant pas vraisemblable qu'un si proche parent ait ignoré la maladie du défunt.

10. *Scævola du liv. 2 des Réponses.*

Une femme mourant sans testament a laissé une sœur utérine, et sa mère enceinte des œuvres de son second mari. Je demande si la mère ayant répudié l'hérédité civile de sa fille étant encore enceinte, et ayant depuis mis au monde une fille nommée Sempronia, cette Sempronia, sœur utérine de la défunte, pourra aussi demander la succession prétorienne? J'ai répondu que si la mère ne pouvoit plus être admise à l'hérédité, la fille qu'on suppose née depuis pouvoit prendre la succession prétorienne.

TITRE IX.

DE L'ÉDIT QUI FIXE L'ORDRE
ENTRE CEUX

Qui sont appelés à la succession prétorienne.

1. *Ulpian au liv. 49 sur l'Édit.*

L'ÉDIT qui fixe l'ordre entre ceux qui sont appelés à la succession prétorienne a été établi afin que les biens d'une succession ne

8. *Idem lib. 14 Responsorum.*

Modestinus respondit, non ideò minus ad aviæ maternæ bona ab intestato nepotes admitti, quòd vulgò quæsitì proponuntur. De vulgo quæsitis.

9. *Papinianus lib. 6 Responsorum.*

Octavi gradus adgnato jure legitimi heredis, etsi non extiterit heres, possessio defertur: ut proximo autem cognato, quamvis extiterit heres, non defertur. De octavi gradus adgnato.

§. 1. *Fratris filius pro parte heres institutus, cum patrum surdum esse contenderet, atque ideò testamentum facere non potuisse, possessionem, ut proximus cognatus accepit. Ex die mortis, temporis haberi rationem placuit: quia verisimile non videbatur, tam conjunctum sanguini, defuncti valetudinem ignorasse.* De filio fratris.

10. *Scævola lib. 2 Responsorum.*

Intestata reliquit sororem Septiciam diverso patre natam, et prænantem matrem ex alio marito. Quæro, si mater hereditatem repudiaverit, dum adhuc prægnans est, posteaque enixa fuerit Sempronia, an etiam Sempronia bonorum Titie possessionem accipere possit? Respondit, si mater hereditate exclusa est, eam quæ (ut proponeretur) postea nata est, accipere posse. De ea quæ reliquit sororem uterinam, et matrem prænantem.

TITULUS IX.

DE SUCCESSORIO
EDICTO.

1. *Ulpianus lib. 49 ad Edictum.*

SUCCESSORIUM edictum idcirco propositum est, ne bona hereditaria vacua sine domino diutius jacerent, et credito- Ratio edicti.

ribus longior mora fieret. È re igitur prætor putavit, præstitueret tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, et dare inter eos successionem, ut maturius possint creditores scire, utrum habeant cum quo congregiantur, an verò bona vacantia fisco sint delata, an potius ad possessionem bonorum procedere debeant, quasi sine successore defuncto.

Qui bonorum possessionem repudiare possunt.

§. 1. Unus enim quisque suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam non potest.

§. 2. Proinde procurator meus sine mea voluntate meam bonorum possessionem repudiare non potest.

§. 3. Per servum delatam bonorum possessionem dominus repudiare potest.

§. 4. Tutor impuberis an repudiare possit bonorum possessionem, videamus? Et magis est, ne possit: sed ille ex auctoritate tutoris repudiare potest.

§. 5. Furiosi curator nequaquam poterit repudiare: quia necdum delata est.

Effectus repudiationis.

§. 6. Qui semel noluit bonorum possessionem petere, perdidit jus ejus, etsi tempora largiantur: ubi enim noluit, jam cœpit ad alios pertinere bonorum possessio, aut fiscum invitare.

De decretali bonorum possessione.

§. 7. Decretalis bonorum possessio an repudiari possit videamus? Et quidem diebus finiri potest: sed repudiari eam non posse verius est; quia nondum delata est, nisi cum fuerit decreta. Rursum, posteaquam decreta est, sera repudiatio est: quia quod acquisitum est, repudiari non potest.

restassent pas long - temps vacans et sans maître, et que les créanciers de la succession ne souffrissent pas un trop long délai pour être payés. Ainsi le préteur a pensé qu'il étoit convenable de fixer un temps à ceux à qui il a déféré la succession prétorienne, et d'établir entre eux un ordre successif, afin que les créanciers pussent être instruits plutôt de ceux à qui ils pourroient s'adresser dans le cas où les biens vacans devroient être déferés au fisc, ou prendre le parti de demander eux-mêmes à se faire envoyer en possession, comme si le défunt ne devoit point avoir de successeur.

1. Car chacun peut renoncer à la succession prétorienne qui lui est déferée, mais non pas à celle qui est déferée à un autre.

2. Ainsi le fondé d'une procuralion générale ne peut pas renoncer à une succession prétorienne au nom de son constituant sans un consentement exprès de sa part.

3. Un maître peut renoncer par le ministère de son esclave à une succession prétorienne qui lui est déferée.

4. Néanmoins un tuteur pourroit-il renoncer au nom de son pupille à une succession prétorienne qui lui seroit déferée? Il est plus probable qu'il ne le peut pas par lui-même; mais le pupille le pourra faire étant autorisé son tuteur.

5. Le curateur d'un furieux ne pourra pas répudier pour lui une succession prétorienne, par la raison qu'elle ne lui est pas déferée tant qu'il est furieux.

6. Celui qui a une fois renoncé à la succession prétorienne perd le droit qu'il avoit de la demander, quoique le temps prescrit pour la demander ne soit pas encore totalement écoulé: car, dès qu'il a renoncé, la succession prétorienne a passé à un autre, ou les biens du défunt appartiennent au fisc comme vacans.

7. Peut-on également renoncer à la succession prétorienne qui doit être déferée par un décret particulier du préteur en connaissance de cause? Il est certain que cette espèce de succession finit par le laps d'un temps limité; mais il paroît plus vrai qu'on ne peut point y renoncer, parce qu'elle n'est pas déferée avant que le décret ait été porté par le préteur. Et après que ce décret est porté, la renonciation viendroit trop tard, parce que si on n'acquiert point un droit on ne peut pas y renoncer. 8.

§. 8.

8. Si le premier parent est mort dans les cent jours fixés pour demander la succession prétorienne, le parent du degré suivant est admis à l'instant à la demander.

9. Lorsqu'on dit que la succession prétorienne doit être demandée dans les cent jours, on entend qu'elle peut être demandée même le centième jour. De même que quand on dit dans telles calendes, le jour même des calendes est compris. Il en est de même lorsqu'on dit dans cent jours.

10. Lorsqu'un de ceux à qui la succession prétorienne est déférée en vertu de l'édit général du préteur la refuse ou néglige de la demander dans le temps fixé, le parent du degré suivant y est admis, comme si le premier n'eût pas été du nombre de ceux à qui cette succession est déférée.

11. Mais celui qui est exclus de cette manière seroit-il encore admis concurremment avec ceux d'un degré suivant? Par exemple il s'agit d'un fils qui étoit sous la puissance. La succession prétorienne lui est déférée *ab intestat* par le premier chef et dans la première classe de l'édit qui concerne la succession des enfans. Ce fils est exclus de la succession prétorienne, ou parce qu'il y a renoncé, ou parce qu'il a laissé passer le temps fatal. La succession prétorienne est déférée au degré suivant. Mais le fils succéderoit-il à lui-même dans cette nouvelle classe de la succession? Il est plus juste de décider qu'il se succède à lui-même : de manière qu'il peut se présenter dans la classe des héritiers légitimes, et ensuite à son rang dans la classe des cognats. Telle est la jurisprudence actuelle; en sorte que ce fils se succédera à lui-même dans les classes suivantes de succession. On pourra dire la même chose par rapport à la succession prétorienne testamentaire : de manière que si l'héritier, qui outre la succession prétorienne confirmative du testament est encore appelé à la succession prétorienne *ab intestat*, a négligé de demander la première, il pourra se succéder à lui-même dans la seconde.

12. On accorde un espace de temps plus considérable aux parens et aux enfans pour demander la succession prétorienne : ce bénéfice est accordé en l'honneur du sang ; parce qu'on ne doit pas traiter trop rigou-

Tome V.

§. 8. Si intra centesimum diem mortuus sit prior, statim sequens admitti potest. De morte prioris.

§. 9. Quod dicimus, intra dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut et ipso die centesimo bonorum possessio peti possit : quemadmodum intra calendas etiam ipsæ calendæ sunt. Idem est, et si in diebus centum dicatur. De spatio centum dierum.

§. 10. Quibus ex edicto bonorum possessio dari potest, si quis eorum aut dari sibi noluerit, aut in diebus statutis non admiserit : tunc cæteris bonorum possessio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. Si prior sit exclusus.

§. 11. Sed videndum est, an inter cæteros ipse quoque qui exclusus est, admittatur? Ut puta filius est in potestate : delata est ei bonorum possessio ex prima parte, unde liberis defertur. Exclusus est tempore, aut repudiatione : cæteris defertur. Sed ipse sibi succedat ex hac successoria parte? Et magis est ut succedat, ut unde legitimi possit petere, et post hos suo ordine ex illa parte, unde proximi cognati vocantur. Et hoc jure utimur, ut admittatur. Poterit igitur ex sequenti parte succedere ipse sibi. Item hoc dici poterit et in secundum tabulas bonorum possessione : ut si secundum tabulas non petierit bonorum possessionem is, qui potuit et ab intestato succedere, ipse sibi succedat. An quis sibi succedat.

§. 12. Largius tempus parentibus liberisque petendæ bonorum possessionis tribuitur, in honorem sanguinis videlicet : quia arcandi non erant, qui penè ad propria bona veniunt. Ideoque placuit, eis De anno liberis, et parentibus ad petendam bonorum possessionem concessis.

præstitui annum, scilicet ita moderatè, ut neque ipsi urgerentur ad honorum possessionis petitionem, neque bona diù jacerent. Sanè nonnunquam urgentibus creditoribus interrogandi sunt in jure, an sibi bonorum possessionem admittant: ut si repudiare se dicant, sciant creditores, quid sibi agendum esset. Si deliberare se adhuc dicant, præcipitandi non sunt.

De substituto
fratri impuberi.

§. 13. Si quis autem à patre suo impuberi filio sit substitutus: non intra annum, sed intra diem centesimum bonorum possessionem petere poterit.

De liberis et
parentibus.

§. 14. Non solùm autem, cum suo nomine veniunt liberi parentesque, hoc eis tribuitur: verumetiam si servus ejus, qui ex liberis parentibusque est, heres institutus est, intra annum competit bonorum possessio. Persona enim ea est, quæ meruit hoc beneficium, quæ petat.

§. 15. Sed et si pater emancipati filii bonorum possessionem contra tabulas accipere velit, anni tempus ei competere constat.

§. 16. Et generaliter, ait Julianus, ex omnibus causis liberis parentibusque intra annum bonorum possessionem competere.

2. *Papinianus lib. 6 Responsorum.*

De restitutione
prioris cognati
adversus bono-
rum possessionem
acceptam.

Inferioris gradus cognatus beneficium edicti successorii non habuit, cum prior ex propria parte possessionem accepisset. Nec ad rem pertinuit, quòd abstinendi facultatem ob auxilium ætatis prior cognatus acceperat. Igitur fisco vacantia bona rectè deferri placuit.

reusement ceux qui viennent pour ainsi dire à leurs propres biens. C'est pourquoi on a jugé à propos de leur accorder un an: de manière qu'en prenant ainsi un juste milieu, ces parens ou enfans ne fussent point trop pressés pour prendre la succession prétorienne, et que d'un autre côté les biens de la succession ne restassent pas trop long-temps vacans. Il y a cependant des cas où, à la requête des créanciers, ils seront obligés de déclarer en justice s'ils entendent prendre la succession prétorienne, afin que s'ils prennent le parti d'y renoncer, les créanciers voyent ce qu'ils auront à faire. Mais s'ils déclarent qu'ils veulent délibérer encore, on ne doit pas les presser.

13. Si un fils est substitué par son père à son frère impubère, il n'a que trois mois et non pas un an pour accepter la succession prétorienne.

14. Ce bénéfice d'avoir un an pour demander la succession prétorienne est accordé aux parens et aux enfans, non-seulement quand ils viennent directement eux-mêmes à la succession, mais encore lorsque c'est leur esclave qui a été institué. Car c'est toujours alors la personne en faveur de qui le bénéfice a été accordé qui demande la succession prétorienne.

15. Il est aussi certain que le père a un an pour demander la succession prétorienne infirmative du testament de son fils émancipé.

16. Julien décide en général que les parens et les enfans ont un an pour demander la succession prétorienne de quelque manière qu'ils y soient appelés.

2. *Papinien au liv. 6 des Réponses.*

Lorsqu'un parent du premier degré a pris la succession prétorienne qui étoit déférée à son degré, le parent du degré suivant ne jouit plus du bénéfice de l'édit dont il s'agit ici; et on ne fera point attention à la restitution qui aura été accordée au premier parent contre son acceptation, qui lui aura donné la faculté de s'abstenir. Ainsi, dans ce cas, il faut décider que les biens sont légitimement déferés au fisc comme vacans.

TITRE X.

DES DEGRÉS DE PARENTÉ
ET D'ALLIANCE,

Et de leurs différens noms.

1. *Gaius au liv. 3 sur l'Edit provincial.*

LES degrés de parenté sont ou en ligne directe ascendante ou descendante, ou en ligne collatérale. Dans la ligne directe ascendante sont les parens, dans la ligne directe descendante les enfans, et dans la ligne collatérale les frères et sœurs et leurs parens.

1. Dans la ligne directe ascendante ou descendante, on commence à compter par le premier degré; mais dans la ligne collatérale, il n'y a point de premier degré, et on commence par le second. Ainsi il peut y avoir concours entre les héritiers du premier degré de la ligne directe ascendante et ceux du premier degré de la ligne descendante. Mais dans la ligne collatérale, il n'y a point de concours dans ce degré; dans les second et troisième degrés et les suivans, les collatéraux peuvent quelquefois venir concurremment même avec des héritiers d'un degré supérieur.

2. Mais il faut observer qu'en matière de succession civile ou prétorienne, ceux qui sont du même degré ne concourent pas toujours.

3. Le premier degré de la ligne ascendante est celui du père, de la mère; dans la ligne descendante, c'est celui du fils, de la fille.

4. Au second degré de la ligne directe ascendante sont l'aïeul, l'aïeule; dans la ligne descendante sont le petit-fils, la petite-fille; au second degré de la ligne collatérale sont le frère et la sœur.

5. Au troisième degré en ligne directe ascendante sont le bisaïeul, la bisaïeule; dans la ligne directe descendante sont l'arrière-petit-fils, l'arrière-petite-fille; au troisième degré de la ligne collatérale sont le fils et la fille du frère et de la sœur, et conséquemment l'oncle paternel et la tante paternelle, l'oncle maternel et la tante maternelle.

TITULUS X.

DE GRADIBUS ET AFFINIBUS,
ET NOMINIBUS EORUM.1. *Gaius lib. 3 ad Edictum provinciale.*

GRADUS cognationis alii superioris ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transverso, sive à latere. Superioris ordinis sunt parentes: inferioris, liberi: ex transverso, sive à latere, fratres et sorores, liberique eorum.

Divisio graduum cognationis.

§. 1. Sed superior quidem et inferior cognatio à primo gradu incipit: ex transverso sive à latere nullus est primus gradus, et ideò incipit à secundo. Itaque in primo gradu cognationis superioris quidem et inferioris ordinis cognati possunt concurrere: ex transverso verò nunquam eo gradu quisquam concurrere potest: at in secundo et tertio, et deinceps in cæteris possunt etiam ex transverso quidam concurrere, et cum superioris ordinis cognatis.

§. 2. Sed admonendi sumus, si quando de hereditate vel bonorum possessione quæramus, non semper eos, qui ejusdem gradus sint, concurrere.

An æque succedant, qui sunt ejusdem gradus.

§. 3. Primo gradu sunt suprà, pater, mater: infrà filius, filia.

De gradu primo.

§. 4. Secundo gradu sunt suprà, avus, avia: infrà, nepos, neptis: ex transverso, frater, soror.

Secundus.

§. 5. Tertio gradu sunt suprà, proavus, proavia: infrà, pronepos, proneptis: ex transverso, fratris sororisque filius, filia; et convenienter patruus, amita, avunculus, matertera.

Tertio.

Quarto.

§. 6. Quarto gradu sunt suprà, abavus, abavia : infrà, abnepos, abneptis : ex transverso, fratris sororisque nepos, neptis : et convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater et soror : avunculus magnus, matertera magna, id est, avix frater et soror : item fratres patruales, sorores patruales, id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur : item consobrini, consobrinæque, id est, qui quæve ex duobus sororibus nascuntur, quasi consororini, item amitini, amitinæ, id est, qui quæve ex fratre et sorore propagantur. Sed ferè vulgus istos omnes communi appellatione consobrinus vocat.

Quinto.

§. 7. Quinto gradu sunt suprà, atavus, atavia : infrà, adnepos, adneptis : ex transverso, fratris et sororis pronepos, proneptis : et convenienter propatruus et proamita, id est, proavi frater et soror, proavunculus et promatertera, id est, proavix, frater et soror : item fratris patruelis, sororis patruelis filius, filia : et similiter consobrini, consobrinæ : item amitini, amitinæ filius, filia : propior sobrino, propior sobrina : isti sunt patrum magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia :

2. *Ulpianus lib. 46 ad Edictum.*

Hoc est patris ejus, de cujus cognatione quæritur, consobrinus consobrina, sive frater patruelis.

3. *Gaius lib. 8 ad Edictum provinciale.*

De gradu sexto.

Sexto gradu sunt suprà, triavus, triavia. Infrà, trinepos, trineptis : ex transverso fratris et sororis abnepos, abneptis : et convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater et soror : abavunculus, abmatertera, id est, abavix frater et soror. Item patrum magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis. Item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini,

6. Au quatrième degré de la ligne ascendante sont le trisaïeul, la trisaïeule ; de la ligne descendante sont les enfans de l'arrière-petit-fils, de l'arrière-petite-fille ; en collatérale les petits-enfans du frère et de la sœur, conséquemment le grand-oncle paternel, la grand-tante paternelle, frère et sœur de l'aïeul ; le grand-oncle maternel, la grand-tante maternelle, frère et sœur de l'aïeule ; les cousins germains paternels, c'est-à-dire les enfans de deux frères, les cousins germains enfans de deux sœurs, et les cousins germains enfans d'un frère et d'une sœur. Le vulgaire comprend ordinairement ces trois espèces de cousins sous le nom général de cousins germains.

7. Au cinquième degré de la ligne directe ascendante sont le quadrisaïeul, la quadrisaïeule ; de la ligne descendante les petits-fils de l'arrière-petit-fils, de l'arrière-petite-fille, conséquemment le second grand-oncle paternel, la seconde grande-tante paternelle, frère et sœur du bisaïeul ; le second grand-oncle maternel, la seconde grand-tante maternelle, frère et sœur de la bisaïeule ; les enfans des cousins germains qu'on appelle issus de germains ; ceux qui sont au même degré en collatérale ascendante que les cousins issus de germains, sont en collatérale descendante, c'est-à-dire ceux qui ont le germain sur les autres (que nous appelons oncles à la mode de Bretagne) ; le fils et la fille du grand-oncle paternel, de la grand-tante paternelle, du grand-oncle maternel, de la grand-tante maternelle ;

2. *Ulpian au liv. 46 sur l'Edit.*

C'est-à-dire le cousin germain ou la cousine germaine du père de celui de la parenté duquel il s'agit.

3. *Gaius au liv. 8 sur l'Edit provincial.*

Au sixième degré de la ligne directe ascendante sont le quintisaïeul, la quintisaïeule ; de la ligne descendante, l'arrière-petit-fils de l'arrière-petit-fils ; dans la collatérale sont en descendant les enfans de l'arrière-petit-fils, de l'arrière-petite-fille du frère et de la sœur, et par conséquent en montant le frère et la sœur du trisaïeul, le frère et la sœur de la trisaïeule, ajoutez le petit-fils et la petite-fille du grand-oncle paternel ou maternel, de

la grand-tante paternelle ou maternelle ; le petit-fils, la petite-fille des cousins germains, le fils ou la fille du second grand-oncle paternel ou maternel, de la seconde grand-tante paternelle ou maternelle ; les enfans nés des cousins-germains, qu'on appelle en général des cousins issus de germains.

1. On voit par ce que nous venons de dire combien il peut y avoir de personnes dans le septième degré.

2. Il faut encore observer qu'on double toujours les ascendans et les descendans, parce qu'il y a deux aïeuls et deux aïeules paternels et maternels ; de même qu'il y a des petits-fils et petites-filles, enfans du fils et enfans de la fille ; et dans la suite nous aurons toujours égard à cette observation dans tous les degrés supérieurs et inférieurs.

4. Modestin au liv. 12 des Pandectes.

Lorsqu'on traite de la parenté naturelle dans notre droit, il est rare qu'on passe le septième degré ; parce que la nature ne permet guère qu'on voie ses parens au delà de ce degré.

1. Le terme de cognats, vient, à ce qu'on croit, de ce que les parens ont une origine, une naissance commune.

2. La parenté chez les Romains se divise en deux espèces. Car il y a une parenté civile et une parenté naturelle ; et il y a encore une parenté mixte qui a lieu lorsque les liens du sang et de la loi concourent ensemble. On peut concevoir la parenté naturelle par elle-même et abstraction faite de la parenté civile ; elle a lieu par rapport aux enfans bâtards. La parenté civile, considérée par elle-même et abstraction faite des liens du sang, est celle qui se contracte par l'adoption. La parenté est mixte et pleine lorsqu'elle est contractée en conséquence d'un mariage légitime. La parenté naturelle conserve le nom de cognation ; mais la parenté civile, quoiqu'elle puisse être appelée du même nom, se nomme cependant plus particulièrement adgnation. Ce mot désigne la parenté qui vient par mâles.

3. Comme il y a aussi des droits particuliers par rapport aux alliés, il est à propos de dire quelque chose en cet endroit des alliances. Les alliés sont les parens de l'époux

amitinæ nepos, neptis : propatruï, proamitæ, proavunculi, promaterteræ filius filia : item qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undique propagantur, qui propriè sobriini vocantur.

§. 1. In septimo gradu quam multæ esse possint personæ, ex his, quæ diximus satis apparet.

Et septimo.

§. 2. Admonendi tamen sumus, parentum liberorumque personas semper duplari : avum enim et aviam, tam maternos, quàm paternos intelligemus ; item nepotes, neptesque, tam ex filio quàm ex filia : quam rationem scilicet in omnibus deinceps gradibus suprâ infrâque sequemur.

De duplicatione personarum.

4. Modestinus lib. 12 Pandectarum.

Non facile autem, quod ad nostrum jus attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, septimum gradum quis excedit : quatenus ultra eum ferè gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patitur.

De gradibus ultra septimum.

§. 1. Cognati ab eo dici putantur, quòd quasi unâ communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint.

Cognatorum etymologia.

§. 2. Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes jure civili, quædam naturali connectuntur. Nonnunquam utroque jure concurrente, et naturali et civili copulatur cognatio. Et quidem naturalis cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per fœminam descendit, quæ vulgò liberos peperit. Civilis autem per se, quæ etiam legitima dicitur, sine jure naturali cognatio constitit per adoptionem. Utroque jure consistit cognatio, cum justis nuptiis contractis copulatur. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine appellatur : civilis autem cognatio, licèt ipsa quoque per se plenissimè hoc nomine vocetur, propriè tamen adgnatio vocatur : videlicet quæ per mares contingit.

De naturali vel civili cognatione.

§. 3. Sed quoniam quædam jura inter adfines quoque versantur, non alienum est hoc loco de adfinibus quoque breviter disserere. Adfines sunt viri et uxoris co-

De affinibus.

gnati, dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, et altera ad alterius cognationis finem accedit. Namque conjugendæ adfinitatis causa fit ex nuptiis.

§. 4. Nomina verò eorum hæc sunt, socer, socrus, gener, nurus, noverca, vitricus, privignus, privigna.

§. 5. Gradus autem adfinitati nulli sunt.

§. 6. Et quidem viri pater uxorisque, socer : mater autem eorum socrus appellatur : cum apud Græcos propriè viri pater *ἐκυρὸς*, mater verò *ἐκυρὰ* vocitetur : uxoris autem pater *πατὴρ*, et mater *μητὴρ* vocatur. Filii autem uxor, nurus : filix verò vir, gener appellatur. Uxor liberis ex alia uxore natis noverca dicitur, matris vir ex alio viro natis vitricus appellatur : eorum uterque natos, aliunde privignos privignasque vocant. Potest etiam sic definiti socer, uxoris meæ pater, ego illius sum gener. Socer magnus dicitur uxoris meæ avus, ego illius sum progener. Et retrò pater meus uxoris meæ socer est, hæc illi nurus : et avus meus, socer magnus est, illa illi pronurus. Item pro-socer mihi uxoris meæ avia est, ego illius sum progener. Et retrò mater mea uxoris meæ socrus est, illa huic nurus : et avia mea, socrus magna est, et uxor mea illi pronurus est. Privignus est uxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illorum *vitricus*. Et in contrarium uxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo *noverca* dicitur, liberi mei illi privigni. Viri frater, *levir* : is apud Græcos *δαίρ* appellatur, ut est apud Homerum relatum. Viri soror *glos* dicitur apud Græcos, *galos*. Duorum fratrum uxores, *janitricæ* dicuntur, apud Græcos, *ἰανιτρίξ* : quod idem Homerus significat.

§. 7. Hos itaque inter se, quòd affinitatis causa parentum liberorumque loco habentur, matrimonio copulari nefas est.

et de l'épouse, ainsi appelés alliés, parce que deux familles, deux parentés différentes et distinguées entre elles, se joignent, s'allient par le mariage, et l'une passe dans l'autre. Car l'alliance tire son origine d'un mariage.

filios patrum majoris totidem necesse est personas complectatur, quot patrum major, id est, octo. Totidem ex filiarum persona computatis, is numerus efficietur, quem supra posuimus. Amitæ majoris filius filia: hi sunt proavi sororis filius filia, abavi abaviæ per proavum nepos neptis ex filia. Et hic eadem ratione personas dinumeravimus totidem. Avunculi majoris filius filia: hi sunt proavi proaviæ fratris filius filia, abavi abaviæ per proaviam nepos neptis ex filio. Eadem hic dinumeratio facienda est, quæ in patrum majoris filio filia. Materteræ majoris filius filia: hi sunt proaviæ sororis filius filia, abavi abaviæ per proaviam nepos neptis ex filia: circa numerum personarum et expositionem ut supra. Hi omnes, quos proposuimus à patrum majoris filio, avo aviæ esse ejus, de cujus cognatione quæritur, fratribus et sororibus eorum, consobrini consobriniæ sunt: at patri matricæ ejusdem, fratribusque et sororibus utrius eorum propius sobrinis. Patrum magni nepos vel neptis, amitæ magnæ nepos vel neptis, avunculi magni nepos vel neptis, materteræ magnæ nepos vel neptis. Hæc singula nomina continent personas sexagintaquatuor. Nam cum patrum magni, verbi gratia, persona quadrifariam intelligatur, nepotis bifariam, geminatur is numerus nepote duntaxat adnumerato, et quadruplatur is qui geminatus erat. Duplicatur etiam nepte computata: et tantum unius denominationem proponimus exempli gratia. Pater, avus, proavus: frater avi, qui est patruus magnus, filius ejus, nepos ejusdem ex filio, item neptis. Pater, avus, proavia, frater avi, qui est patruus magnus, filius ejus, nepos ejus ex filio, item neptis. Pater, avus, proavus, frater avi, qui est patruus magnus, filia ejus, nepos ejusdem ex filia, item neptis. Pater, avus, proavia, frater avi, qui est patruus magnus, filia ejus, nepos ejusdem ex filia, item neptis. Totidem et eadem ratione exponuntur matris nomine anteposito, id est, ut avi materni fratris nepotes et neptes computemus. Item in amita magna, id est, avi sororis nepotes neptesque enumerabimus. Idemque in avunculo magno, id est, aviæ fratris.

troisième degré: c'est la sœur de la trisaïeule, grand-tante maternelle du second degré du père ou de la mère. Le reste comme ci-dessus, excepté qu'à la fin, au lieu de sœur du trisaïeul, on dit sœur de la trisaïeule. Tous ceux que nous venons de nommer, depuis le grand-oncle paternel du troisième degré, ont, suivant quelques-uns, des noms particuliers: on les appelle trois fois grand-oncle paternel, trois fois grand-tante paternelle, etc. Nous nous servons nous-mêmes indifféremment de ce nom. Or ceux qui ont cette qualité vis-à-vis de moi, et à qui je donne ces noms m'appellent de leur côté petit-fils du troisième degré de leur frère ou de leur sœur. Le fils, la fille du grand-oncle paternel du second degré. Ce sont les enfans du frère du bisaïeul, les petits-enfans du trisaïeul, de la trisaïeule par le bisaïeul, et même par le fils du bisaïeul. Sous ce nom on comprend seize personnes, en faisant le même calcul que nous avons fait dans le cinquième degré, lorsque nous avons parlé du grand-oncle paternel du second degré, en ajoutant seulement de plus fils ou fille du grand-oncle paternel du second degré; parce ce fils doit nécessairement comprendre autant de personnes sous sa dénomination que son père grand-oncle paternel du second degré, c'est-à-dire huit. La fille de son côté doit en comprendre autant, ce qui fera le nombre de seize, comme nous venons de le dire. Le fils, la fille de la grand-tante paternelle du second degré. Ce sont les enfans de la sœur du bisaïeul, les petits-enfans du trisaïeul par la fille du bisaïeul. Par la même raison nous compterons ici le même nombre de personnes. Le fils, la fille du grand-oncle maternel du second degré. Ce sont les enfans du frère de la bisaïeule, les petits-enfans du trisaïeul, de la trisaïeule par le fils de la bisaïeule. On doit faire ici le même calcul que par rapport aux enfans du grand-oncle paternel du second degré. Le fils, la fille de la grand-tante maternelle du second degré. Ce sont les enfans de la sœur de la bisaïeule, petits-enfans du trisaïeul, de la trisaïeule par la fille de la bisaïeule. Le calcul est le même que ci-dessus. Tous ceux dont nous venons de parler, depuis le fils du grand-oncle du second degré,

sont cousins germains, cousines germaines de l'aïeul et de l'aïeule et des grand-oncles, grand-tantes de celui de la parenté duquel il s'agit; et par rapport aux père et mère, oncles et tantes de celui de la parenté duquel il s'agit, ils sont cousins, cousines ayant le germain sur eux (c'est-à-dire oncles et tantes à la mode de Bretagne). Le petit-fils, la petite-fille du grand-oncle paternel, de la grand-tante paternelle, du grand-oncle maternel, de la grand-tante maternelle. Chacune de ces classes comprend soixante-quatre personnes. Car, comme la personne du grand-oncle se combine de quatre manières différentes, la personne du petit-fils de deux manières, on double la combinaison en parlant seulement du petit-fils; et ce double est encore quadruplé. On le double également par rapport à la petite-fille. Nous allons rapporter une de ces combinaisons pour servir d'exemple: Le père, l'aïeul, le bisaïeul, le frère de l'aïeul, qui est le grand-oncle, son fils et sa petite-fille, son petit-fils par le fils. Le père, l'aïeul, la bisaïeule, le frère de l'aïeul, qui est le grand-oncle, son fils, son petit-fils et sa petite-fille par son fils. Le père, l'aïeul, le bisaïeul, le frère de l'aïeul, qui est le grand-oncle, sa fille, son petit-fils et sa petite-fille par sa fille. Le père, l'aïeul, la bisaïeule, le frère de l'aïeul, qui est le grand-oncle, sa fille, son petit-fils et sa petite-fille par sa fille. Il y en aura autant par la même raison en commençant par la mère, et comptant les frères de l'aïeul maternel et leurs petits-enfants. De même, par rapport à la grand-tante paternelle, on comptera les petits-enfants de la sœur de l'aïeul: de même aussi, par rapport au grand-oncle maternel, frère de l'aïeule, et à la grand-tante maternelle, c'est-à-dire la sœur de l'aïeule. Tous ces petits-enfants mâles et femmes comprendront soixante-quatre personnes. Ces petits-enfants dont nous venons de parler seront, par rapport à celui de la parenté duquel il s'agit, les arrière-petits-enfants de son bisaïeul, de sa bisaïeule, les petits-fils des frères ou sœurs de son aïeul ou aïeule, et au contraire ses aïeuls et aïeules seront grand-oncles, grand-tantes paternels ou maternels de ces petits-enfants. Le père et la mère de celui dont on cherche la parenté, seront cousins au-dessus de germains (oncles à la

Eadem ratione in materteræ magnæ, id est, aviæ sororis: ex quibus universus numerus completur sexagintaquatuor. Hi omnes proavi aut proaviæ ejus, de cujus cognatione quæritur, pronepotes et proneptes, ejusdem avi aviæve fratris sororisve nepotes neptesve. Et contrà eorum ejusdem avus, avia, patruus magnus, amita magna, avunculus magnus, matertera magna. Erunt autem pater materve ejusdem, fratresque et sorores utrius eorum propiùs sobrini: ipse his sobrini est, et invicem huic illi sobrini. Patruï pronepos, patruï proneptis continent personas octo: nam utriusque sexus fiunt sedecim, sic: Pater, avus, patruus, filius patruï, nepos ejusdem ex filio, pronepos ejusdem ex nepote filio nato, item proneptis. Pater avia, patruus, filius patruï, nepos ejusdem ex filio, pronepos ex nepote filio nato, item proneptis. Pater, avus, patruus, filia patruï, nepos ejusdem ex filia, pronepos ex nepote filia nato, item proneptis. Pater, avia, patruus, filia patruï, nepos ejusdem ex filia, pronepos ex nepote filia nato, item proneptis. Pater, avus, patruus, filius patruï, neptis ejusdem ex filio, pronepos ex nepte filio nato, item proneptis. Pater, avia, patruus, filia patruï, neptis ejusdem ex filio, pronepos ex nepte filio nato, item proneptis. Pater, avus, patruus, filia patruï, neptis ejusdem ex filia, pronepos ex nepte filia nato, item proneptis. Pater, avia, patruus, filia patruï, neptis ejusdem ex filia, pronepos ex nepte filia nato, item proneptis. Amitæ pronepos, proneptis. Totidem personas eadem ratione et is continet: tantùm pro patruo amita sumpta. Item avunculi pronepos, proneptis, item pro patruo avunculo posito. Materteræ pronepos, proneptis, et hic ubi patruus positus est, matertera enumerata, eundem numerum personarum inveniemus. Hi omnes ejus, de cujus cognatione quæritur, consobrinorum nepotes neptesve sunt. Fratris sororisque abnepos, abneptis: efficiunt personas sexagintaquatuor, ut ex superscriptis apparere potest. Trinepos, trinepotis: hi sunt filii, filiæve adnepos, adneptis: nepotis neptis abnepos, abneptis: pronepotis proneptisve pronepos, pro-

neptis : abnepotis abneptisve, nepos neptisve : abnepotis abneptis filius, filia. Hæ appellationes demonstrant personas sexagintaquatuor : nam trigintaduo trinepos complet, totidem trineptis. Abnepote enim numerus quadruplatus in se, efficit trigintaduo : ipso nepote duas significante, pronepote quatuor, abnepote octo, adnepote sedecim. His accedunt trinepos, trineptis, una ex atnepote nati, altera ex adnepte. Per singulos autem gradus ideò geminatio fit, quia maribus adiciuntur foeminae, ex quibus proximus quisque progenitur : et numerabuntur sic : Filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis.

mode de Bretagne de ces enfans). Lui-même sera leur cousin, et eux réciproquement les siens. L'arrière-petit-fils et l'arrière-petite-fille de l'oncle paternel, ce qui comprend huit personnes pour chacun. Car les deux sexes en fournissent seize de cette manière : Le père, l'aïeul, l'oncle paternel, le fils de l'oncle, son petit-fils par son fils, l'arrière-petit-fils et l'arrière-petite-fille du même fils, de son petit-fils. Le père, l'aïeule, l'oncle paternel, son fils, son petit-fils par le fils, son arrière-petite-fille et son arrière-petit-fils par son petit-fils. Le père, l'aïeul, l'oncle paternel, sa fille, son petit-fils par sa fille, son arrière-petit-fils et arrière-petite-fille, enfans de son petit-fils. Le père, l'aïeule, l'oncle paternel, sa fille, son petit-fils par sa fille, son arrière-petit-fils et son arrière-petite-fille, petits-enfans de sa fille par son petit-fils, fils de sa fille. Le père, l'aïeul, l'oncle paternel, son fils, sa petite-fille par son fils, son arrière-petit-fils et arrière-petite-fille, enfans de sa petite-fille, fille de son fils. Le père, l'aïeule, l'oncle paternel, son fils, sa petite-fille par son fils, l'arrière-petit-fils et l'arrière-petite-fille, enfans de sa petite-fille, fille de sa fille. Le père, l'aïeul, l'oncle paternel, sa fille, sa petite-fille par sa fille, son arrière-petit-fils et arrière-petite-fille par sa petite-fille, fille de sa fille. Le père, l'aïeule, l'oncle paternel, sa fille, sa petite-fille par sa fille, l'arrière-petit-fils et l'arrière-petite-fille, enfans de la petite-fille, fille de la fille. Les arrière-petits-enfans de la tante paternelle comprennent par la même raison autant de personnes, avec cette différence qu'au lieu de l'oncle paternel, on met la tante paternelle. Il en est de même des arrière-petits-enfans de l'oncle maternel, en mettant oncle maternel au lieu d'oncle paternel, et des arrière-petits-enfans de la tante maternelle, qui seront pareillement au même nombre, en mettant aussi la tante maternelle à la place de l'oncle paternel. Ces arrière-petits-enfans sont petits-enfans des cousins de celui de la parenté duquel il s'agit. Les arrière-petits-enfans du frère et de la sœur. Cette classe comprend soixante-quatre personnes, comme on peut s'en convaincre par ce qui a été dit ci-dessus. On met aussi dans ce sixième degré le petit-fils, la petite-fille du cinquième degré de

celui de la parenté duquel il s'agit. Ce sont les petits-enfans du quatrième degré de son fils ou de sa fille, les petits-enfans du troisième degré de son petit-fils, de sa petite-fille, les arrière-petits-enfans de son arrière-petit-fils, de son arrière-petite-fille, les petits-enfans de son petit-fils, sa petite-fille du troisième degré ; les enfans de son petit-fils de sa petite-fille du quatrième degré. Sous cette classe on comprend soixante-quatre personnes, trente-deux pour le petit-fils et trente-deux pour la petite-fille du cinquième degré ; car depuis le petit-fils, le nombre, quadruplé sur lui-même, forme trente-deux. Le petit-fils se combinant de deux manières, l'arrière-petit-fils de quatre, le petit-fils du troisième degré de huit, le petit-fils du quatrième degré de seize. On y ajoute le petit-fils, la petite-fille du cinquième degré, qui sont nés l'un et l'autre du petit-fils ou de la petite-fille du quatrième degré. Or chaque degré est double, parce qu'il faut avoir égard aux mâles et aux femmes en la manière suivante : Le fils, le petit-fils, l'arrière-petit-fils, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, et les petits-enfans du cinquième degré. La fille, le petit-fils, l'arrière-petit-fils, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. Le fils, la petite-fille, l'arrière-petit-fils, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. La fille, le petit-fils, l'arrière-petit-fils, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. Le fils, le petit-fils, l'arrière-petite-fille, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. La fille, le petit-fils, l'arrière-petite-fille, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. Le fils, la petite-fille, l'arrière-petite-fille, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. La fille, la petite-fille, l'arrière-petite-fille, le petit-fils du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième degré. Le fils, le petit-fils, l'arrière-petit-fils, la petite-fille du troisième degré, le petit-fils du quatrième, les petits-enfans du cinquième. La fille, le petit-fils, l'arrière-petit-fils, la petite-fille du troisième degré,

tis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis.

celle du quatrième, les petits - enfans du cinquième. La fille, le petit-fils, l'arrière-petite-fille, la petite-fille du troisième degré, celle du quatrième, les petits - enfans du cinquième. Le fils, la petite-fille, l'arrière-petit-fils, la petite-fille du troisième degré, celle du quatrième, les petits - enfans du cinquième. La fille, la petite-fille, l'arrière-petit-fils, la petite-fille du troisième degré, celle du quatrième, les petits - enfans du cinquième. Le fils, la petite-fille, l'arrière-petite-fille, la petite-fille du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième. La fille, la petite-fille, l'arrière-petite-fille, la petite-fille du troisième et du quatrième degrés, les petits-enfans du cinquième.

18. Le septième degré comprend mille vingt-quatre personnes, qui sont le père et la mère du quintisaïeul, de la quintisaïeule : ce qui forme cent vingt-huit personnes ; car il y a autant de pères et autant de mères de la quintisaïeule que du quintisaïeul : ce qui forme pour chaque classe soixante-quatre personnes. Le frère et la sœur du quadrisaïeul, de la quadrisaïeule. Ce sont les enfans du quintisaïeul, de la quintisaïeule, les oncles et tantes paternels et maternels du trisaïeul, de la trisaïeule, les grand-oncles, les grand-tantes paternels ou maternels du bisaïeul, les grand-oncles et grand-tantes paternels et maternels du père et de la mère. La qualité de frère du quadrisaïeul appartient à trente-deux personnes ; car au seize personnes que contient le degré du quadrisaïeul, il faut en ajouter autant à cause de la double manière dont se peut combiner le frère du quadrisaïeul. En effet le quadrisaïeul peut avoir de seize manières des frères du côté de son père, et d'autant de manières des frères du côté de sa mère. Il peut avoir pareillement des sœurs de trente-deux manières : ce qui fait en tout soixante-quatre personnes, et autant pour les frères et sœurs de la quadrisaïeule. Le fils et la fille du grand-oncle paternel du troisième degré. Ce sont les petits - enfans du quadrisaïeul par son fils, les enfans du frère du bisaïeul. Le fils, la fille de la grand-tante paternelle du troisième degré. Ce sont les petits-enfans du quadrisaïeul par sa fille, les enfans de la sœur du bisaïeul. Le fils, la fille du

§. 18. Septimo gradu personæ continentur mille vigintiquatuor, hæ : Tritavi, itemque tritaviæ pater, mater. Personæ efficiunt centum vigintiocto. Tritavi enim patres tot sunt, quot ipsius tritavi : item ejusdem matres totidem : fiunt sexaginta-quatuor. Idem numerus tritaviæ patris, matrisque. Atavi ataviæ frater sororve. Hi sunt tritavi filius, filia : abavi abaviæve patruus, avunculus, amita, matertera : proavi proaviæ patruus magnus, avunculus magnus, amita magna, matertera magna : avi, aviæve propatruus, proavunculus, proamita, promatertera : patris vel matris alpatruus, abavunculus, abamita, abmatertera. Fiunt personæ atavi fratris trigintaduo : nam sedecim, quas atavus explet, accedant totidem propter fratris duplicem personam, necesse est. Nam sedecim fratres atavi ex patre computentur, et sedecim ex matre. Similiter atavi sorores trigintaduo. Fiunt sexaginta-quatuor, et totidem ataviæ fratris, item sororis. Patruus maximi filius filia : hi sunt atavi nepos, neptis ex filio. abavi fratris filius, filia. Amitæ maximæ filius, filia : hi sunt atavi nepos, neptis ex filia, abavi sororis filius, filia. Avunculi maximi filius filia : hi sunt atavi nepos, neptis ex filio, abaviæ fratris filius, filia. Materteræ maximæ filius, filia : hi sunt atavi nepos, neptis ex filia, abaviæ sororis filius, filia. Hæ omnes personæ, quas à patruus maximi filio enumeravimus, proavi proaviæque ejus, de cujus cognatione

Et septimi.

quæritur, consobrinæ sunt: avi aviæque ejusdem propius sobrinis. Singulæ appellationes continent personas sedecim, quia cum patruus maximus sedecim efficiat, filius ejus eandem habet enumerationem, totidemque filia: et fit ex omnibus, quas à patrum maximi filio comprehendimus, ductis per octo sedecies centum vigintiocto. Patrum majoris nepos personas continet sedecim. Est enim abavi abaviæ pronepos: et cum abavus octiens numeretur, nepotes his octiens computati suprascriptum numerum efficiunt. Patrum majoris neptis item. Avunculi majoris nepos neptis, eadem ratione personas complebunt trigintaduo. Amitæ majoris nepos neptis, eadem ratione item. Materteræ majoris nepos, neptis item. Et sic ex omnibus colliguntur centum vigintiocto. His personis avus avia ejus, de cujus cognatione quæritur, propius sobrinis sunt: pater, mater, sobrinus, sobrina. Is, de cujus cognatione quæritur, sobrinus natus est. Hic proximo nomine definitur parentis sui sobrinus, ut Trebatius ait: rationem quoque nominis hanc reddit, quod ultimi cognationum gradus sobrinorum fiunt. Itaque sobrini filium rectè proximum nomen: ab eo ipso hujus sobrini filius dicitur. Et idè eos, qui ex sobrinis nati sunt, inter se proximum nomen appellare. Hos enim nullum proprium habere nomen, quo inter se vocentur. Patrum magni pronepos, proneptis. Avunculi magni pronepos, proneptis. Amitæ magnæ pronepos, proneptis. Materteræ magnæ pronepos, proneptis. Ex his omnibus centum vigintiocto personæ efficiuntur: quia singulæ appellationes sedecim complent. Nam cum (exempli gratia) patruus magnus quadrifariam intelligatur, ad singulorum patruorum magnorum personas quadruplicatus, pronepos, item proneptis trigintaduas personas reddet: totque quater numeratæ illam, quæ proposita est, summam efficiunt. Eorum patres matresque ei, de cujus cognatione quæritur, sobrini, sobrinæque sunt, ipse autem iisdem sobrinus sobrinave natus. Patrum abnepos, abneptis. Avunculi abnepos, abneptis. Amitæ abnepos, abneptis. Materteræ abnepos, abneptis. Hæc singula vocabula

senas

grand-oncle maternel du troisième degré. Ce sont les petits-enfants du quadrisaïeul par son fils, les enfans du frère de la bisaïeule. Le fils, la fille de la grand-tante maternelle du troisième degré. Ce sont les petits-enfants du quadrisaïeul par sa fille, les enfans de la sœur de la bisaïeule. Toutes ces personnes dont nous venons de parler, à commencer du fils du grand-oncle paternel du troisième degré, sont cousins à égal degré du bisaïeul ou de la bisaïeule de celui de la parenté duquel il s'agit, et cousins ayant un degré au-dessus de son aïeul ou aïeule. Chacun de ces noms convient à seize personnes; parce que la qualité de grand-oncle paternel du troisième degré appartenant à seize personnes, celle du fils de cet oncle appartient également à seize, et celle de la fille aussi à seize: ce qui fera pour tous les enfans dont nous venons de parler, à commencer par le fils du grand-oncle paternel du troisième degré, en multipliant seize par huit, cent vingt-huit personnes. Le petit-fils du grand-oncle paternel du second degré contient seize personnes: car c'est l'arrière-petit-fils du trisaïeul, de la trisaïeule; et comme le trisaïeul se combine de huit manières, les petits-fils, par rapport auxquels cette combinaison sera doublée, formeront le nombre de seize. La petite-fille du grand-oncle paternel du second degré comprendra le même nombre de personnes. Par la même raison le petit-fils et la petite-fille du grand-oncle maternel du second degré comprendront trente-deux personnes, aussi bien que les petits-enfants de la grand-tante paternelle, et de la grand-tante maternelle du second degré. Cela formera en tout cent vingt-huit personnes. L'aïeul ou l'aïeule de celui de la parenté duquel il s'agit sont cousins, cousines de ceux dont nous parlons, ayant sur eux un degré de supériorité. Le père et la mère sont cousins à égal degré. Celui de la parenté duquel il s'agit est leur cousin, mais d'un degré inférieur, et il l'appelle simplement le cousin de son père ou de sa mère, pour marquer qu'ils sont proches, comme le dit aussi Trebatius, qui rend la raison suivante de cette dénomination: c'est que les derniers degrés de parenté sont ceux des cousins. Par conséquent j'appelle avec raison le fils de mon cousin

mon

mon proche parent : on l'appellera aussi fils de mon cousin. Ainsi les enfans des cousins n'ayant point de dénomination propre, s'appellent parens proches. L'arrière-petit-fils, l'arrière-petite-fille du grand-oncle paternel, du grand-oncle maternel, de la grand-tante paternelle ou maternelle. Cette dénomination appartient à cent vingt-huit personnes, chacun des enfans mâles ou femelles en forme seize à lui seul. Car, par exemple, comme le grand-oncle paternel s'entend de quatre façons, on multipliera chaque personne des grand-oncles paternels par quatre, on doublera ce produit à cause des deux arrière-petits-enfans qui sont mâles ou femelles, et on aura trente-deux personnes; et ce produit multiplié par quatre donnera le nombre de cent vingt-huit. Les pères et mères de ces arrière-petits-enfans sont à celui de la parenté duquel il s'agit cousins et cousines à égal degré; lui-même est par rapport à lui fils de cousin ou de cousine. Le petit-fils et la petite-fille du troisième degré de l'oncle paternel ou maternel, de la tante paternelle ou maternelle. Chacune de ces qualifications comprend seize personnes. Car, par exemple, pour combiner le petit-fils du troisième degré de l'oncle paternel, on prendra l'oncle paternel de deux manières, son petit-fils et sa petite-fille chacun de quatre, moyennant quoi les fils de ces petits-fils ou petites-filles se combineront de seize manières. Il en sera de même de leurs filles. Le total de toute cette combinaison produira cent vingt huit personnes. Ces enfans sont à celui de la parenté duquel il s'agit arrière-petits fils de ses cousins. Celui ou celle de la parenté duquel il s'agit est fils ou fille du grand-oncle paternel ou maternel, de la grand-tante paternelle ou maternelle du troisième degré de ces enfans, cousin de leur bisaïeul ou bisaïeule. Le petit-fils, la petite-fille du quatrième degré du frère ou de la sœur : ce qui comprend cent vingt-huit-personnes. Le fils, la fille du petit-fils ou de la petite-fille du cinquième degré : ce qui forme aussi cent vingt-huit personnes; parce que le petit-fils du cinquième degré comprend, comme nous l'avons dit ci-dessus, soixante-quatre personnes; par conséquent son fils en comprend autant, et sa fille aussi un pareil nombre.

Tome V.

senas denas continent personas : verbi enim gratia, patruī abnepos sic enumerabitur, ut bifariām patruo accepto quater pronepos, totiens proneptis ducatur, et sic ad eorum filios veniatur sedecies computatos. Eadem ratione ad filiam, item in ceteros. Et per hoc ex omnibus efficietur numerus personarum centum viginti octo. Hi sunt ei, de cujus cognatione quæritur, consobrinorum pronepotes, proneptesque. Eorum, de cujus cognatione quæritur, patruī maximi, avunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ filius, filia. Item proavi, proaviæ consobrinus. Fratris sororisque adnepos, adneptis, personas continent centum viginti octo. Trinepotis filius, item filia : trineptis filius, item filia. Hi centum viginti octo fiunt : quòd, cùm trinepos trineptisque (ut suprà demonstravimus) sexagintaquatuor impleant, filius eorum eadem enumeratione totidemque filia computabitur.

TITULUS XI.

UNDE VIR ET UXOR.

TITRE XI.

DE LA SUCCESSION PRÉTORIENNE

DÉFÉRÉE

Ab intestat au mari ou à la femme.

1. *Ulpianus lib. 47 ad Edictum.*

De matrimo-
nio justo vel
injusto.

UT bonorum possessio peti possit, *unde vir et uxor*, justum esse matrimonium oportet. Cæterùm, si injustum fuerit matrimonium, nequaquam bonorum possessio peti poterit. Quemadmodùm nec ex testamento adiri hereditas, vel secundùm tabulas peti bonorum possessio potest: nihil enim capi propter injustum matrimonium potest.

Quo tempore,
an sit uxor, spec-
tatur; et de di-
vortio.

§. 1. Ut autem hæc bonorum possessio locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore. Sed si divortium quidem secutum sit, verumtamen jure durat matrimonium: hæc successio locum non habet. Hoc autem in hujusmodi speciebus procedit: liberta ab invito patrono divorcit, lex Julia de maritandis ordinibus retinet istam in matrimonio, dum eam prohiberet alii nubere invito patrono. Item Julia de adulteriis, nisi certo modo divortium factum sit, pro infecto habet.

TITULUS XII.

DE VETERANORUM

ET MILITUM SUCCESSIONE.

1. *Macer lib. 2 de Re militari.*

De pœna ca-
pitalli.

MILITI qui capite puniri meruit, testamentum facere concedendum, Paulus et Menander scribunt: ejusque bona intestati, si punitus sit, ad cognatos ejus

1. *Ulpianus lib. 47 sur l'Edit.*

POUR qu'une femme soit admise à demander la succession prétorienne *ab intestat* de son mari, ou réciproquement, il faut que le mariage soit légitime. Cette succession n'aura pas lieu si le mariage est illicite. De même qu'on ne pourroit non plus dans le même cas accepter civilement l'héritité de son mari ou de sa femme à laquelle on auroit été institué, ni demander au préteur la succession prétorienne confirmative d'un pareil testament.

1. Il faut encore, pour être admis à la succession prétorienne *ab intestat* déléguée aux époux, que le mariage ait duré jusqu'à la mort. Cette succession n'auroit pas même lieu si les époux avoient fait divorce de fait, quoiqu'ils restassent de droit engagés dans les liens du même mariage. Ce qui peut arriver en certains cas: par exemple une affranchie qui fait divorce d'avec son patron malgré lui, reste, aux termes de la loi Julia concernant les mariages des différens ordres, engagée dans le même mariage, cette loi lui défendant expressément d'en contracter un autre. La loi Julia concernant les adultères regarde aussi comme nuls les divorces qui ne sont pas faits en la manière qu'elle prescrit.

TITRE XII.

DE LA SUCCESSION

DES MILITAIRES ET DES VÉTÉRANS.

1. *Macer au liv. 2 du Droit militaire.*

PAUL et Menandre sont d'avis qu'on doit accorder la permission de faire un testament à un militaire qui a mérité d'être condamné à une peine capitale, et que s'il meurt *intestat*

après avoir été puni ses biens appartiennent à sa famille, pourvu qu'il ne se soit rendu coupable que d'un délit militaire et non d'un délit commun.

2. *Ulpianus lib. 16 des Réponses.*

Les biens qu'un militaire a acquis à l'armée n'appartiennent point au fisc s'il vient à mourir *intestat* après avoir été condamné, laissant un héritier légitime qui soit au moins au cinquième degré, ou un cognat du même degré, qui demande au préteur dans le temps requis la succession prétorienne.

TITRE XIII.

DE CEUX QUI NE SONT

POINT ADMIS

A la succession prétorienne.

1. *Julien au liv. 28 du Digeste.*

MON esclave ayant été institué héritier, j'ai empêché par mauvaise foi le testateur de changer son testament; ensuite j'ai affranchi mon esclave. On demande si cet esclave affranchi doit être privé des actions que lui donnoit le testament? J'ai répondu que ce cas n'avoit pas été prévu par l'édit porté contre ceux qui empêchent un mourant de disposer librement de ses biens; que néanmoins l'équité vouloit que si le maître dont l'esclave a été institué avoit par mauvaise foi empêché le testateur de changer son testament, cet esclave, quoiqu'il eût accepté depuis son affranchissement, fût privé des actions qui descendent du testament: d'autant plus qu'on observe la même chose par rapport à un fils émancipé dont le père a par mauvaise foi empêché un testateur de changer un testament dans lequel ce fils étoit institué.

pertinere: si tamen ex militari delicto, non ex communi punitus est.

2. *Ulpianus lib. 16 Responsorum.*

Bona militis intestati defuncti castrensia fisco non vindicantur, cum heres legitimus ad finem quinti gradus extitit, aut proximus cognatus ejusdem gradus intra tempus possessionem acceperit.

De intestato et de bonis castrensibus.

TITULUS XIII.

QUIBUS NON COMPETIT

BONORUM POSSESSIO.

1. *Julianus lib. 28 Digestorum.*

SERVO meo herede instituto, dolo feci, ne testamentum mutaretur: eumque postea manumisi. Quæsitum est, an actiones ei denegandæ essent? Respondi: Hic casus verbis edicti non continetur: sed æquum est, si dominus dolo fecerit, ne testamentum mutaretur, quo servus ejus heres scriptus erat, quamvis manumissus adierit hereditatem, ei denegari: cum etiam emancipato filio denegetur, si pater dolo facerit, ne testamentum mutaretur.

Si heredis instituti dominus aut pater dolo fecerit, ne testamentum mutaretur.

TITULUS XIV.

UT EX LEGIBUS

SENATUSVE CONSULTIS

Bonorum possessio detur.

1. *Ulpianus lib. 49 ad Edictum.*

Edictum.

PRÆTOR ait, *uti me quaque lege, senatusconsulto bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo.*

De bonorum possessione adgnita ex alia parte edicti.

Si quis ex lege ad hereditatem vocetur.

§. 1. Nunquam bonorum possessio, quæ ex alia parte edicti adgnita est, impedit istam bonorum possessionem.

§. 2. Cum ex lege duodecim tabularum quis habet hereditatem, hinc non petit: sed inde, *Tum quem ei heredem esse oportet*: quippe cum non alias hinc competat bonorum possessio, quam si lex specialiter deferat bonorum possessionem.

TITULUS XV.

QUIS ORDO IN POSSESSIONIBUS

SERVETUR.

1. *Modestinus lib. 6 Pandectarum.*

Ordines ab intestato:

INTESTATI hi gradus vocantur: primum sui heredes, secundò legitimi, tertio proximi cognati, deinde vir et uxor.

Quibus casibus intestatus quis dicatur.

§. 1. Sive tabulæ testamenti non existent, sive existent, si secundum eas, vel contra eas bonorum possessionem nemo accepit, intestati detur bonorum possessio.

De liberis in potestate, vel emancipatis.

§. 2. Intestati patris liberis bonorum possessio datur, non tantum his, qui in potestate parentis usque in mortis tempus fuerunt, sed emancipatis.

TITRE XIV.

DE LA SUCCESSION PRÉTORIENNE

ACCORDÉE

Par des sénatus-consultes ou par des lois particulières.

1. *Ulpien au liv. 49 sur l'Edit.*

LE préteur dit: J'accorderai la succession prétorienne ainsi qu'il sera ordonné par une loi particulière ou un sénatus-consulte.

1. La succession prétorienne, quoiqu'acceptée en vertu d'un autre chef de l'édit, ne porte jamais obstacle à celle-ci.

2. Celui qui est appelé à une hérédité par la loi des douze tables, ne vient pas en vertu de cette disposition de l'édit, mais en vertu d'un autre chef qui appelle les héritiers légitimes. Car on n'est admis à la succession prétorienne dont il s'agit, qu'autant qu'on y est appelé par une loi particulière.

TITRE XV.

DE L'ORDRE ÉTABLI

POUR LES SUCCESSIONS PRÉTORIENNES.

1. *Modestin au liv. 6 des Pandectes.*

VOICI les degrés des successions prétoriennes *ab intestat*: le premier est celui des héritiers siens, le second celui des héritiers légitimes, le troisième celui des plus proches cognats, le quatrième celui des conjoints.

1. La succession prétorienne est déléguée *ab intestat*, quand il n'y a point de testament, ou même quand il y en a un si personne ne se présente pour demander la succession prétorienne confirmative ou infrimative de ce testament.

2. La succession prétorienne d'un père décédé *intestat* est accordée à ses enfans, non-seulement à ceux qu'il a gardés sous sa puissance jusqu'au temps de sa mort, mais encore à ceux qu'il a émancipés.

2. *Ulpian au liv. 49 sur l'Édit.*

Le temps prescrit pour demander la succession prétorienne est un temps utile. Ce temps est appelé utile, parce que tous les jours qui le composent sont utiles, c'est-à-dire qu'on compte tous les jours où celui à qui cette succession est déferée en a eu connoissance et a pu l'accepter. Il est certain que les jours où il n'a pas su que la succession prétorienne lui étoit déferée, ainsi que ceux où il n'a pas pu l'accepter ne courent point contre lui. Il peut arriver que quelqu'un, après avoir su dans l'origine qu'une succession lui étoit déferée, et même après l'avoir pu accepter, se trouve par la suite dans l'ignorance à cet égard ou dans l'impuissance d'accepter. Par exemple si ayant su dès le commencement qu'un défunt étoit mort *intestat*, on commence ensuite à douter s'il est mort *intestat*, ou même s'il est véritablement mort, soit qu'on ait reçu des nouvelles qu'on croit plus certaines, soit qu'on soit désabusé de sa première opinion par le bruit public. Le contraire peut aussi arriver que quelqu'un ignorant dans l'origine qu'une succession prétorienne lui étoit déferée en ait depuis acquis la connoissance.

1. Les jours fixés pour demander la succession prétorienne sont utiles. Mais on ne comptera pas les jours d'audience, si la succession prétorienne est telle qu'elle ait pu être demandée sommairement (en l'hôtel). Mais si la succession prétorienne étoit telle qu'elle dût être accordée à l'audience en connoissance de cause, ou qu'elle demandât un décret du préteur, on compteroit les jours d'audience où le préteur a siégé et où il n'y a eu aucun obstacle de sa part qui empêchât qu'on obtînt la succession prétorienne.

2. Par rapport à la succession prétorienne qui doit être accordée à l'audience, on n'examine pas seulement si le préteur a tenu l'audience, mais encore si les parties ont pu se présenter devant lui : car le temps fixé pour demander la succession prétorienne ne peut pas courir contre elles si le président, occupé d'affaires militaires, ou de celles des prisonniers, ou de connoissances extraordinaires, n'a pas pu leur donner audience.

3. Si le président de la province étoit

2. *Ulpianus lib. 49 ad Edictum.*

Utile tempus est bonorum possessionum admittendarum. Ita autem utile tempus est, ut singuli dies in eo utiles sint: scilicet ut per singulos dies et scierit et potuerit admittere. Cæterum quacunque die nescierit, aut non potuerit, nulla dubitatio est, quin dies ei non cedat. Fieri autem potest, ut qui initio scierit vel potuerit bonorum possessionem admittere, hic incipiat nescire, vel non posse admittere: scilicet si cum initio cognovisset eum intestatum decessisse, postea quasi certiore nuntio allato dubitare cœperit, nunquid testatus decesserit, vel nunquid vivat, quia hic rumor postea perreperat. Idem et in contrarium accipi potest, ut qui ignoravit initio, postea scire incipiat.

Singulos dies bonorum possessionum admittendarum utiles esse.

§. 1. Dies bonorum possessionis utiles esse palam est: sed non sessionum numerabuntur, si modò ea sit bonorum possessio, quæ de plano peti potuit. Quid si ea, quæ causæ cognitionem pro tribunali desiderat, vel quæ decretum exposcit? Sessiones erunt nobis computandæ, quibus sedit is, quibusque per ipsum prætorem factum non est, quò minùs daret bonorum possessionem.

De diebus sessionum.

§. 2. In bonorum possessione, quæ pro tribunali datur, illud quæritur, si se quidem prætor pro tribunali, sed postulationibus non dedit: potest dici tempus ad bonorum possessionem non cedere, cum præses aliis rebus, aut militaribus, aut custodiis, aut cognitionibus fuerit occupatus.

§. 3. Si præses provinciæ in proxima

Si præses pro-

viciæ sit in proxima civitate.

fuit civitate, accedere debet ad utilitatem temporis ratio itineris, scilicet numeratione viginti millium passuum facta : nec enim exspectare debemus, ut præses provinciæ veniat ad eum, qui bonorum possessionem petiturus est.

De ventre.

§. 4. Si venter in possessionem missus sit, bonorum possessionis tempus non cedere sequentibus, nequaquam ambigendum est : nec tantum intra centesimum diem, verumetiam quandiu nasci possit. Nam etsi natus fuerit antè, ei deferri bonorum possessionem sciendum est.

Scientia quomodo accipitur.

§. 5. Scientiam eam observandam Pomponius ait, non quæ cadit in juris prudentes, sed quam quis aut per se, aut per alios adsequi potuit, scilicet consulendo prudentiores, ut diligentiorum patremfamilias consulere dignum sit.

De scientia patris.

3. *Paulus lib. 44 ad Edictum.*
Circa tempora bonorum possessionis patris scientia ignorantibus filio non nocet.

De jure accrescendi. De tempore, quod datur filio.

4. *Julianus lib. 28 Digestorum.*
Si coheredi tuo substitutus fuisses, et bonorum possessionem acceperis : quando coheres tuus constituerit nolle petere bonorum possessionem tibi data tota intelligitur, coheres tuus amplius petendæ bonorum possessionis facultatem non habebit.

§. 1. Filius non solum, si tanquam filius, sed et si tanquam adgnatus, vel tanquam cognatus ad bonorum possessionem vocatur, annum spatium habet : sicuti pater filium manumisisset, quamvis ut manumissor bonorum possessionem accipiat, tamen ad bonorum possessionem accipiendam annum spatium habet.

résidant dans une ville voisine des parties, on doit ajouter au temps fixé celui qui est nécessaire pour faire le voyage, en comptant vingt milles par jour : car on ne doit pas attendre que le président de la province vienne dans l'endroit du domicile de celui qui doit demander la succession prétorienne.

4. Lorsqu'un posthume est envoyé en possession, il est évident que le temps pour demander la succession prétorienne ne doit pas courir contre ceux qui sont du degré suivant, non - seulement pendant les cent jours, mais encore pendant tout le temps que le posthume peut naître. Car si l'enfant vient à naître avant le terme, la succession prétorienne est déferée au suivant avant le temps ordinaire.

5. A l'égard de la connoissance qu'on exige de la part de celui qui est appelé à la succession prétorienne, Pomponius dit qu'il ne s'agit pas, pour acquérir, d'une connoissance de droit qu'on exige dans un jurisconsulte, mais d'une connoissance quelconque, qu'on peut acquérir par soi-même ou par les autres, en consultant les gens éclairés, comme doit faire tout bon père de famille.

3. *Paul au liv. 44 sur l'Edit.*

La connoissance qu'a eue un père qu'une succession prétorienne lui étoit déferée ne nuit pas à son fils, qui a été dans l'ignorance à cet égard, à l'effet de faire courir contre lui le temps fixé pour la demander.

4. *Julien au liv. 28 du Digeste.*

Si étant substitué à votre cohéritier vous avez demandé la succession prétorienne, cette succession vous est censée accordée pour le tout si votre cohéritier y renonce ; il n'aura plus même ensuite la faculté de la demander.

1. Un fils a l'espace d'un an pour demander la succession prétorienne de son père, non-seulement quand il l'a demandée en sa qualité de fils, mais encore comme héritier légitime ou comme cognat ; de même que le fils émancipé a un an, quoiqu'il se présente à cette succession prétorienne comme fils émancipé.

5. *Marcellus au liv. 9 du Digeste.*

Lorsqu'une succession prétorienne est déferée à un fils de famille, les jours où il ne peut pas en instruire son père pour en recevoir l'ordre de l'accepter, ou pour lui faire ratifier l'acceptation qu'il en a faite, ne courent pas contre lui. Supposons que ce fils ait accepté la succession prétorienne dès le premier jour qu'il a su qu'elle lui étoit déferée, et qu'il ne puisse pas en instruire son père pour en avoir l'approbation, les cent jours ne courent pas : ils commenceront à courir seulement du jour que le fils aura pu instruire son père. Mais si la ratification ne vient qu'après les cent jours, à commencer de celui dont nous venons de parler, elle viendra trop tard, et n'aura aucun effet.

1. On peut faire la question de savoir si, dans le cas où le fils pourroit seul demander la succession prétorienne, le père étant ou furieux ou tellement absent qu'il ne puisse pas lui faire parvenir de nouvelles, et qu'il auroit négligé de le faire, il seroit encore admis après les cent jours à demander la succession prétorienne? Mais pourquoi pourroit-on lui opposer la non-acceptation de cette succession, puisque, quand même il l'auroit acceptée, l'acceptation ne vaudroit qu'autant que le père l'auroit ratifiée?

2. Si le testateur ayant institué l'esclave d'autrui, cet esclave avoit été vendu, les jours pour demander la succession prétorienne courroient-ils contre le nouveau maître? Il est décidé qu'on comptera au nouveau maître sur les cent jours, ceux qui restoient à l'ancien maître pour demander cette succession.

TITRE XVI.

DES HÉRITIERS SIENS

ET LÉGITIMES.

1. *Ulpian au liv. 12 sur Sabîn.*

ON appelle proprement *intestats* ceux qui ayant pu faire un testament, n'en ont pas fait. On peut aussi appliquer ce nom à ceux qui ont fait un testament, mais dont l'hérédité n'a pas été acceptée par l'héritier ins-

5. *Marcellus lib. 9 Digestorum.*

Cùm filiofamilias bonorum possessio delata est, dies quibus certiorare patrem non potest, ut vel jubeat adgnosci bonorum possessionem, vel ratam habeat agnitionem bonorum possessionis, non cedunt. Fingamus, statim primo die quo fuerit delata, adgnosuisse eum bonorum possessionem, certiorare patrem, ut comprobet, non posse : non cedent dies centum. Incipient autem cedere, cùm certior fieri potuit : præteritis autem centum diebus, frustrà ratum habebit.

Si filiofamilias, aut serro bonorum possessio delata sit.

§. 1. Quæri potest, si cùm posset filius petere bonorum possessionem, patre ita absente, ut certiorare eum non possit, vel etiam furente, petere neglexerit, an peti amplius non possit? Sed ut quid noceat, non petitam bonorum possessionem, quæ si petita esset, tamen non antè adquiretur, quàm pater comprobasset?

§. 2. Si servus alienus heres institutus venisset, quæritur, an posteriori domino dies bonorum possessionis petendæ imputari oporteret? Et placet, quantum priori domino superfuerit, ei imputari.

TITULUS XVI.

